

173056  
27

PSALMI COMMUNES

CUM ANTYPHONIS, CAPITULIS, RESPONSORIJS,

VERSIBUS.

Ad

PRIMAM, TERTIAM, SEXTAM, NONAM, VESPERAS.

ET COMPLETORIUM.

JUXTA

BREVIARIUM SERAPHICO-ROMANUM

PRO USU


FRATRUM MINORUM

REGULARIS OBSERVANTIÆ

S. P. FRANCISCI

PROVINCIAE M. D. LITVANIAE

S. CASIMIRI



*Superiorum permissu*

VILNAE

Typis S. R. M. & Reipublicae apud PP. Scholarum Piarum.

Anno Domini

M.D.CC.LXX.IX.

152  
Benedicite Sacerdotes Domini Domino.

*Cant: trium Puerorum. Dan: 3. c.*

Serviamus illi in sanctitate & Justitia coram ipso,  
omnibus diebus nostris.

*Cant: Zachariae Luc: 1. g.*

Cantate Domino canticum novum, bene psallite ei in vocifera-  
tione. *Psal: 32.*



91572

# DOMINICA ad PRIMAM

Pater noster: Ave Maria: Credo:  
V. Deus in adiutorium: &c.  
H T M N U S.

*In Dominicis per Annum, & tempore Pascha-  
li. Antyph: Alleluia.  
PSALMUS 53.*

**J**am lucis orto fidere  
Deum precemur sup-  
plices,

**D**eus in nomine tuo sal-  
vum me fac: & in vir-  
tute tua judica me.

Ut in diurnis actibus  
Nos fervet a nocenti-  
bus.

Deus exaudi orationem  
meam: auribus percipe  
verba oris mei.

Linguam refrenans tempe-  
ret,

Quoniam alieni insurre-  
xerunt adversum me, &  
fortes quæsierunt animam  
meam: & non proposue-  
runt Deum ante conspe-  
ctum suum.

Ne litis horror insonet:  
Visum fovendo contegat,  
Ne vanitates hauriat.

Ecce enim Deus adju-  
vat me: & Dominus su-  
sceptor est animæ meæ.

Sint pura cordis intima,  
Absistat & vecordia:

Averte mala inimicis  
meis: & in veritate tua di-  
sperde illos.

Carnis terat superbiam.  
Potus cique parcitas.

Ut cum dies abcesserit,  
Noctemque fors reduxe-  
rit,

Voluntarie sacrificabo ti-  
bi, & confitebor nomini  
tuo Domine: quoniam bo-  
num est.

Mundi per abstinentiam,  
Ipsi canamus gloriam.

Deo Patri sit gloria,  
Ejusque soli Filio,

Cum Spiritu Paraclito,  
Nunc, & per omne sæcu-  
lum, Amen.

Quoniam ex omni tribu-  
latione eripuisti me, & su-  
per inimicos meos despe-  
xit oculus meus.

*Sequens Psal: Confitemini Domino: dicitur tantum in Dominicis, quando fit Officium de Dominica, ut in Psalterio, præterquam in Dominicis a Pascha usque ad Pentecosten. A Septuagesima vero usque ad Pascha, ejus loco dicitur Psalmus Dominus: regnavit: ut in Laud:*

PSALMUS 117.

**C**onfitemini Domino  
quoniam bonus: quoniam  
in sæculum misericordia  
ejus.

Dicat nunc Israel, quoniam  
bonus: quoniam  
in sæculum misericordia  
ejus.

Dicat nunc Domus Aaron:  
quoniam in sæculum  
misericordia ejus.

Dicant nunc, qui timent  
Dominum: quoniam in  
sæculum misericordia  
ejus.

De tribulatione invoca-  
vi Dominum: & exaudi-  
vit me in latitudine Do-  
minus.

Dominus mihi adiutor:

non timebo, quid faciat  
mihi homo.

Dominus mihi adjutor:  
& ego despiciam inimicos  
meos.

Bonum est confidere in  
Domino: quam confidere  
in homine.

Bonum est sperare in  
Domino: quam sperare in  
principibus.

Omnes gentes circuierunt  
me: & in nomine Domini  
quia ultus sum in eos.

Circumdantes circum-  
dederunt me: & in nomi-  
ne Domini quia ultus sum  
in eos.

Circumdederunt me  
sicut apes, & exarserunt  
sicut ignis in spinis: & in  
nomine Domini quia ul-  
tus sum in eos.

Impulsus eversus sum,  
ut caderem: & Dominus  
suscepit me.

Fortitudo mea, & laus mea  
Dominus: & factus est mihi in  
salutem.

Vox exultationis, & salutis: in  
tabernaculis justorum.

Dextera Domini fecit virtu-  
tem: dextera Domini exaltavit  
me, dextera Domini fecit virtu-  
tem.

Non moriar, sed vivam: & nar-  
rabo opera Domini.

Castigans castigavit me Do-  
minus: & morti non tradidit  
me.

Aperite mihi portas justitiæ,  
ingressus in eas confitebor Domi-  
no: hæc porta Domini, iusti in-  
trabunt in eam.

Confitebor tibi, quoniam exau-  
disti me: & factus es mihi in sa-  
lutem.

Lapidem, quem reprobave-  
runt ædificantes: hic factus est in  
caput anguli.

A Domino factum est istud: &  
est mirabile in oculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit Do-  
minus: exultemus, & lætemur in  
ea.

O Domine salvum me fac! o  
Domine! bene prosperare: bene-  
dictus qui venit in nomine Do-  
mini,

Benediximus vobis de domo  
Domini: Deus Dominus & illu-  
xit nobis.

Constituete diem solemnem in  
condensis: usq; ad cornu alta-  
ris.

Deus meus es tu, & confitebor  
tibi: Deus meus es tu, & exal-  
tabo te.

Confitebor tibi, quoniam exau-  
disti me: & factus es mihi in sa-  
lutem.

Confitemini Domino quoniam  
bonus: quoniam in sæculum mi-  
sericordia ejus.

## PSALMUS 118:

**B**eati immaculati in via: qui  
ambulant in lege Domi-  
ni.

Beati, qui scrutantur testimo-  
nia ejus: in toto corde exquirunt  
eum.

Non enim qui operantur iniqui-  
tatem: in vijs eius ambulaverunt.

Tu mandasti: mandata tua cu-  
stodiri nimis.

Utinam dirigantur viæ meæ:  
ad custodiendas justificationes  
tuas.

Tunc non confundar: cum per-  
spexero in omnibus mandatis  
tuis.

**B**

Con-

Confitebor tibi in directione  
cordis: in eo quod didici iudicia  
justitiæ tuæ.

Justificationes tuas custodiam:  
non me derelinquas usquequa-  
que.

In quo corrigit adolescentior  
viam suam: in custodiendo ser-  
mones tuos.

In toto corde meo exquisivi  
te: ne repellas me a mandatis  
tuis.

In corde meo abscondi eloquia  
tua: ut non peccem tibi.

Benedictus es Domine: doce  
me justificationes tuas.

In labiis meis: pronuntiavi o-  
mnia iudicia oris tui.

In via testimoniorum tuorum  
delectatus sum: sicut in omnibus  
divitiis.

In mandatis tuis exercebor: &  
considerabo vias tuas.

In justificationibus tuis medi-  
tabor: non obliviscar sermones  
tuos.

**R**etribue sermo tuo, vivifica  
me: & custodiam sermones  
tuos.

Revela oculos meos: & considera-  
bo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra: non  
abscondas a me mandata tua.

Concupivit anima mea deside-  
rare justificationes tuas: in omni  
tempore.

Increpasti superbos: maledicti,  
qui declinant a mandatis tuis.

Aufer a me opprobrium, &  
contemptum: quia testimonia tua  
exquisivi.

Etenim federunt principes, &  
adversum me loquebantur: servus  
autem tuus exercebatur in justi-  
ficationibus tuis.

Nam & testimonia tua medi-  
tatio mea est: & consilium meum  
justificationes tuæ.

Adhæsit pavimento anima mea:  
vivifica me secundum verbum  
tuum.

Vias meas enuntiavi, & exau-  
disti me: doce me justificationes  
tuas.

Viam justificationum tuarum  
instrue me: & exercebor in mi-  
rabilibus tuis.

Dormitavit anima mea præ-  
tædio: confirma me in verbis  
tuis.

Viam iniquitatis amove a  
me: & de lege tua miserere  
mei.

Viam veritatis elegi: iudicia  
tua non sum oblitus.

Adhæsi testimonijs tuis  
Domi-

Domine : noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.

*Sequens Symbolum dicitur in Dominicis tantum, quando fit Officium de Dominica, ut in Psalterio, & in Festo SS. Trinitatis.*

*Symbolum S. Athanasii.*

Quicumque vult salvus esse: ante omnia opus est, ut teneat catholicam fidem.

Quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, absque dubio in æternum peribit.

Fides autem catholica hæc est: ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur.

Neque confundentes personas, neque substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia Filii, alia Spiritus Sancti.

Sed Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, una est divinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas

Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus Sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus Sanctus.

Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres æterni: sed unus æternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi, sed unus increatus, & unus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius: omnipotens Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres omni-

potentes: sed unus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres Dii, sed unus est DEUS.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres Domini; sed unus est Dominus.

Quia sicut singillatim unamquamque personam Deum ac Dominum confiteri Christiana veritate compellimur: ita tres Deos, aut Dominos dicere, catholica religione prohibemur.

Pater a nullo est factus: nec creatus, nec genitus.

Filius a Patre solo est: non factus, nec creatus, sed genitus.

Spiritus Sanctus a Patre, & Filio: non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Unus ergo Pater, non tres Patres: unus Filius, non tres Filii: unus Spiritus Sanctus, non tres Spiritus Sancti.

Et in hac Trinitate nihil prius, aut posterius, nihil majus, aut minus: sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales.

Ita: ut per omnia, sicut iam supra dictum est, & unitas in Trinitate, & Trinitas in unitate veneranda sit.

Qui vult ergo salvus esse, ita de Trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad æternam salutem, ut incarnationem quoque Domini nostri J E S U Chri-



CHRISTI fideliter credat.

Est ergo fides recta, ut credamus & confiteamur, quia Dominus noster JESUS CHRISTUS Dei Filius, Deus & homo est.

Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus: & homo est ex substantia matris in sæculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo: ex anima rationali, & humana carne subsistens.

Æqualis Patri secundum divinitatem: minor Patri secundum humanitatem.

Qui licet Deus sit, & homo: non duo tamen, sed unus est Christus.

Unus autem non conversione divinitatis in carnem: sed assumptione humanitatis in Deum.

Unus omnino non confusione substantiæ: sed unitate personæ.

Nam sicut anima rationalis, & caro, unus est homo: ita Deus & homo unus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis.

Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est judicare vivos & mortuos.

Ad cuius adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & reddituri sunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui vero mala, in ignem æternum.

Hæc est fides Catholica: quam nisi quisque fideliter,

ter, firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.

### Gloria Patri &c.

*Antyph:* Alleluja, alleluja, alleluia.  
*Tempore Paschali additur aliud Allel:*

*Capitulum. 1. Tim. 1. d.*

**R**egi sæculorum immortalis & invisibilis, soli Deo honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

*R.* Deo gratias. *R. brev:* Christe Filii Dei vivi, miserere nobis. *Et repetit.* Christe Filii Dei vivi, miserere nobis. *ψ.* Qui sedes ad dexteram Patris. *R.* Miserere nobis. *ψ.* Gloria Patri, & Filio, &c. *R.* Christe Filii Dei vivi, miserere nobis. *ψ.* Exurge Christe. adjuva nos. *R.* Et libera nos propter nomen tuum.

*Sequentes Preces non dicuntur in duplicibus, nec infra Octavas: sed tunc dicto.* *R. brevi, dicitur:* Dominus vobiscum, *Et Oratio.* Domine Deus: *ut infra.*

**K**yrie eleyson. Christe eleyson.  
Kyrie eleyson. Pater noster: *secret:* usque ad *ψ.* Et ne nos inducas in tentationem. *R.* Sed libera nos a malo. Credo in Deum; *secret:* usque ad *ψ.* Carnis resurrectionem. *R.* Vitam æternam. Amen. *ψ.* Et ego ad te Domine clamavi. *R.* Et mane oratio mea præveniet te. *ψ.* Repleatur os meum laude. *R.* Ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam. *ψ.* Domine averte faciem tuam a peccatis meis. *R.* Et omnes iniquitates meas dele. *ψ.* Cor mundum crea in me DEUS. *R.* Et spiritum rectum innova in visceribus meis. *ψ.* Ne proicias me a

facie tua. *R.* Et Spiritum Sanctum tuum ne auferas a me. *ψ.* Redde mihi lætitiā salutaris tui. *R.* Et Spiritu principali confirma me. *ψ.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. *R.* Qui fecit cœlum & terram.

*Deinde Hebd: facit confessionem.*

**C**onfiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Joanni Baptistæ, Sanctis Apostolis Petro & Paulo, omnibus Sanctis, & vobis fratres, quia peccavi nimis cogitatione, verbo, & opere: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaelē Archangelum, beatum Joannem Baptistam, Sanctos Apostolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, & vos fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

*Chorus respondet.*

**M**isereatur tui omnipotens DEUS, & dimissis peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam. *R.* Amen.

*Deinde repetit confessionem, Et ubi dicitur Vobis fratres, & Vos fratres dicitur Tibi Pater Et Te Pater.*

*Facta Confessione a Choro, Hebdomadarius dicit:*

**M**isereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam æternam. *R.* Amen.

**I**ndulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum nostrorum

tribuat nobis omnipotens & misericors Dominus. R. Amen.

*Et prosequitur.* V. Dignare Domine die isto. R. Sine peccato nos custodire. V. Miserere nostri Domine. R. Miserere nostri. V. Fiat misericordia tua Domine super nos. R. Quemadmodum speravimus in te. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

*Oratio.*

Oremus.

**D**omine Deus omnipotens, qui ad principium hujus diei nos pervenire fecisti: tua nos hodie salva virtute: ut in hac die ad nullum declinemus peccatum, sed semper ad tuam justitiam faciendam nostra procedant eloquia, dirigantur cogitationes & opera. Per Dominum nostrum: R. Amen, V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. V. Benedicamus Domino. R. Deo gratias.

*Deinde in Choro legitur Martyrol: & quando dicenda est Prima de Beata Maria, proponitur Lectio Martyrologij. Postea Hebdomadarius dicit:*

V. Pretiosa in conspectu Domini:  
R. Mors Sanctorum ejus.

*Et absolute sine Oremus: Oratio.*

**S**ancta Maria, & omnes Sancti intercedant pro nobis ad Dominum, ut nos mereamur ab eo adjuvari & salvari, qui vivit & regnat in saecula saeculorum. R. Amen.

V. Deus in adjutorium meum intende.

R. Domine ad adjuvandum me festina.

*Et dicitur ter: ultimo additur.* Gloria Patri: Sicut erat: Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. *secr.* V. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo. V. Respice in

servos tuos Domine, & in opera tua, & dirige filios eorum. R. Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige. V. Gloria Patri: R. Sicut erat in principio:

*Oratio.*

**D**irigere & sanctificare, regere & gubernare dignare Domine Deus Rex caeli & terrae, hodie corda & corpora nostra, sensus, sermones, & actus nostros, in lege tua, & in operibus mandatorum tuorum: ut hic, & in aeternum, te auxiliante, salvi & liberi, esse mereamur, Salvator mundi. Qui vivis & regnas in saecula saeculorum. R. Amen.

V. Jube Domine benedicere. *Benedictio.* Dies & actus nostros in sua pace disponat Dominus omnipotens. R. Amen.

*Ad Absolutionem Capituli in Dominicis, & Feriis per Annum, ab Octava Epiphaniae usq; ad Dominicam I. Quadrag: & ab Octava Pentecostes, usq; ad Adven: exclusive.*

*Lectio brevis. I. Thess. 3. b.*

**D**ominus autem dirigat corda, & corpora nostra in charitate Dei, & patientia Christi. Tu autem Domine miserere nobis. R. Deo gratias.

*A Dominica I. Adventus usq; ad Vigil: Nativitatis Domini exclusive. Isa: 33.*

**D**omine, miserere nostri, te enim expectavimus: esto brachium nostrum in mane; & salus nostra in tempore tribulationis: Tu autem Domine: &c.

*A Dominica I. Quadrag: usq; ad Dominicam Passionis exclusive. Isa. 55. b.*

**Q**uærite Dominum, dum inveniri potest, invocare eum, dum prope est. Tu autem:

*A Dominica Passionis usq; ad Fer: V. in Cena Domini exclusive. Isa. 50. c.*

**F**aciam meam non averti ab increpantibus & conspuentibus in me Dominus Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus. Tu autem Domine:

*A Dominica Resurrectionis usq; ad Ascensionem exclusive. Coloss: 3.*

**S**i confurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite

pite, non quæ super terram. Tu autem:  
*Post Lectionem brevem dicitur* v. Adjuto-  
 rium nostrum in nomine Domini. R. Qui  
 fecit cœlum & terram. v. Benedicite. R.  
 Deus.

*Benedictio.* Dominus nos benedicat, &  
 ab omni malo defendat, & ad vitam per-  
 ducat æternam, & Fidelium animæ per  
 misericordiam Dei, requiescant in pace.  
 R. Amen.



## In FERALI OFFICIO

*Extra tempus Paschale.*

A D P R I M A M

Pater noster: Ave Maria: Credo:  
 v. Deus in adjutorium &c.

H T M N U S.

**I**am lucis orto fidere,  
 Deum precemur

supplices,

Ut in diurnis actibus:

Nos fervet a nocentibus.

Linguam refrenans tem-  
 peret.

Ne litis horror insonet;

Visum fovendo contegat:

Ne vanitates hauriat.

Sint pura cordis intima,

Abfistat & vecordia;

Carnis terat superbiam:

Potus cibique parcitas.

Ut cum dies abscesserit,

Noctemq; fors reduxerit;

Mundi per abstinentiam:

Ipsi canamus gloriam.

Deo Patri sit gloria,

Ejusque soli Filio;

Cum Spiritu Paraclito:

Nunc & per omne sæcu-  
 lum. Amen.

P S A L M U S 53.

**D**eus in nomine tuo sal-  
 vum me fac: & in vir-  
 tute tua judica me.

Deus exaudi orationem  
 meam: auribus percipe  
 verba oris mei.

Quoniam alieni insurre-  
 xerunt adversum me, &  
 fortes quæsierunt animam  
 meam: & non proposue-  
 runt Deum ante conspe-  
 ctum suum.

Ecce enim Deus adjuvat  
 me: & Dominus susceptor  
 est animæ meæ

Averte mala inimicis me-  
 is: & in veritate tua disper-  
 de illos,

Volun-

Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine: quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus.

*Post Psalmum. Deus in nomine tuo: loco Psalmi. Confitemini: dicitur unus ex infra scriptis Psalmis, secundum ferias distinctis. Sabbato autem dicuntur tantum tres Psalmi, sicut in Festis.*

## FERIA II.

## PSALMUS 23.

**D**omini est terra, & plenitudo ejus: orbis terrarum, & universi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: & super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde, qui non ac-

D

cepit in vano animam suam: nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino: & misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum: quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ: Dominus fortis & potens Dominus in prælio.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ: Dominus virtutum, ipse est Rex gloriæ.

FE-

## F E R I A III.

## P S A L M U S 24.

**A**d te Domine levavi animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam.

Neque irrideant me inimici mei: etenim universi, qui sustinent te non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes: supervacue.

Vias tuas Domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus Salvator meus, & te sustinui tota die.

Reminiscere miserationum tuarum Domine: & misericordiarum tuarum, quæ a sæculo sunt.

Delicta juventutis meæ: & ignorantias meas ne memineras.

Secundum misericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam Domine.

Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.

Universæ viæ Domini misericordia & veritas: requirentibus testamentum ejus, & testimonia ejus.

Propter nomen tuum Domine, propitiaberis peccato meo: multum est enim.

Quis est homo qui timet Dominum: legem statuit ei in via, quam elegit.

Anima ejus in bonis demorabitur: & semen ejus hæreditabit terram.

Firma-

Firmamentum est Dominus Innocentes & recti ad-  
minus timentibus eum: & hæserunt mihi: quia susti-  
testamentum ipsius, ut nui te.  
manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Libera Deus Israel: ex  
Dominum: quoniam ip- omnibus tribulationibus  
se evellet de laqueo pedes suis.  
meos.

Respice in me, & mi- Judica me Domine, quo-  
ferere mei: quia unicus & niam ego in innocentia  
pauper sum ego. mea ingressus sum: & in  
Tribulationes cordis Domino sperans non in-  
mei multiplicatæ sunt: de firmabor.

Proba me Domine, &  
me. tenta me: ure renes me-  
os, & cor meum.

Quoniam misericordia  
Vide humilitatem me- tua ante oculos meos est:  
am, & laborem meum: & complacui in veritate  
& dimitte universa delicta tua.

Non sedi cum concilio  
Respice inimicos meos, vanitatis: & cum iniqua  
quoniam multiplicati sunt, gerentibus non introibo.

Odivi Ecclesiam mali-  
Custodi animam me- gnantium: & cum impi-  
am, & erue me: non eru- is non sedebo.

Lavabo inter innocentes manus meas: & circumdabo altare tuum Domine.

Ut audiam vocem laudis: & enarrem universa mirabilia tua.

Domine dilexi decorem domus tuæ: & locum habitationis gloriæ tuæ.

Ne perdas cum impiis Deus, animam meam: & cum viris sanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei.

Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te Domine.

## F E R I A V.

PSALMUS 22.

**D**ominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectio- nis educavit me: animam meam convertit.

Deduxit me super feras justitiæ: propter nomen suum.

Nam, & si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus: ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam: adversus eos, qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quam præclarus est!

Et



Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vitæ meæ.

Et ut inhabitem in Domo Domini: in longitudinem dierum.

F E R I A VI.

P S A L M U S 21.

**D**eus Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? longe a salute mea, verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas: laus Israel.

In te speraverunt patres nostri: speraverunt, & liberaasti eos.

Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt: in te speraverunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me: locuti sunt labiis, & moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum: salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre: spes mea ab uberibus matris meæ, in te projectus sum ex utero.

De ventre matris meæ Deus meus est tu: ne discesferis a me.

Quoniam tribulatio proxima est: quoniam non est, qui adjuvet.

Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum:

E

suum: sicut leo rapiens & rugiens.

Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tanquam cera liquefscens: in medio ventris mei.

Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in pulverem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas, & pedes meos: dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ipsi vero consideraverunt, & inspexerunt me: dividerunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

Tu autem Domine, ne

elongaveris auxilium tuum a me: ad defensionem meam conspice.

Erue a framea Deus animam meam: & de manu canis unicam meam.

Salva me ex ore leonis: & a cornibus unicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesiæ laudabo te.

Qui timetis Dominum, laudate eum: universum semen Jacob glorificate eum.

Timeat eum omne semen Israel: quoniam non sprexit, neque despexit deprecationem pauperis.

Nec avertit faciem suam a me: & cum clamarem ad eum, exaudivit me.

Apud

Apud te laus mea in Ec-  
clesia magna: vota mea  
reddam in conspectu ti-  
mentium eum.

Edent pauperes & fatu-  
rabuntur: & laudabunt  
Dominum, qui requirunt  
eum: vivent corda eorum  
in sæculum sæculi.

Reminiscentur & con-  
vertentur ad Dominum:  
universi fines terræ.

Et adorabunt in con-  
spectu ejus: universæ fa-  
milie Gentium.

Quoniam Domini est  
regnum: & ipse domina-  
bitur Gentium.

Manducaverunt & ado-  
raverunt omnes pingues  
terræ: in conspectu ejus  
cadent omnes, qui de-  
scendunt in terram.

Et anima mea illi vivet:  
& semen meum serviet ip-  
si.

Annuntiabitur Domi-  
no generatio ventura: &  
annuntiabunt cœli justiti-  
am ejus populo, qui na-  
scetur, quem fecit Domi-  
nus.

*Sabbato nihil additur, ut supra in  
Rubrica. Deinde dicitur Psalm: 118.  
Beati immaculati in via: ut supra in  
Dominica, Et: Retribue servo tuo: &c.  
fol: 3.*

*Per Annum, Antyphona. Beati qui  
ambulant in lege tua, Domine.*

*Tempore Advent: Antyphona de Lau-  
dibus Dominicæ, aut ex propriis Lau-  
dibus.*

*Tempore Quadrag: Antyph: Vivo e-  
go, dicit Dominus: nolo mortem pec-  
catoris, sed ut magis convertatur, &  
vivat.*

*Tempore Passionis, Antyph: Libera  
me Domine, & pone me juxta te; &  
cujusvis manus pugnet contra me.*

*Capitulum. Zach: 8. d.*

**P**acem & charitatem diligite, ait Do-  
minus omnipotens.

*R. Deo gratias. R. brev: Christe  
Fili Dei vivi, miserere nobis. Et re-  
petit: Christe Fili Dei vivi, miserere  
nobis: V. Qui sedes ad dexteram  
Patris. R. Miserere nobis. V. Glo-  
ria Patri, & Filio: &c. R. Christe Fi-  
li Dei vivi, miserere nobis. V. Exur-  
ge Christe, adjuva nos. R. Et libera  
nos propter nomen tuum.*

**K**yrrie eleyson. Christe eleyson. Ky-  
rie eleyson. Pater noster: *secret:*  
V. Et ne nos inducas in tentationem.  
R. Sed libera nos a malo. Credo in  
Deum: *secret:* V. Carnis resurrectionem.  
R. Vitam æternam. Amen.  
V. Et ego ad te Domine clamavi. R. Et  
mane oratio mea præveniet te. V. Re-  
pleatur os meum laude. R. Ut can-

tem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam. *ŷ.* Domine averte faciem tuam a peccatis meis. *R.* Et omnes iniquitates meas dele. *ŷ.* Commundum crea in me DEUS. *R.* Et spiritum rectum innova in visceribus meis. *ŷ.* Ne proicias me a facie tua. *R.* Et Spiritum Sanctum tuum ne auferas a me. *ŷ.* Redde mihi lætitiã salutaris tui. *R.* Et Spiritu principali confirma me.

*Quando ad Laudes non sunt dictæ Preces Feriales, statim dicitur: Adju-torium nostrum: & Confiteor: &c. ut infra.*

*Quando autem ad Laudes dictæ sunt Preces Feriales inferius positæ post Lau-des Feriæ secundæ, tunc ad Primam præ-dictæ Preces, & sequentes dicuntur flexis genibus.* *ŷ.* Eripe me Domine ab homine malo. *R.* A viro iniquo eripe me. *ŷ.* Eripe me de inimicis meis, DEUS meus. *R.* Et ab insurgentibus in me libera me. *ŷ.* Eripe me de operantibus iniquitatem, *R.* Et de viris sanguinum salva me. *ŷ.* Sic Psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi. *R.* Ut reddam vota mea de die in diem. *ŷ.* Exaudi nos, Deus salutaris noster. *R.* Spes omnium finium terræ, & in mari longe. *ŷ.* Deus in adiutorium meum intende. *R.* Domine ad adjuvandum me festina. *ŷ.* Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis. *R.* Miserere nobis. *ŷ.* Benedic anima mea Domino. *R.* Et omnia, quæ intra me sunt, nomini Sancto ejus. *ŷ.* Benedic anima mea Domino. *R.* Et noli oblivisci omnes retributiones ejus. *ŷ.* Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis. *R.* Qui sanat omnes infirmitates tuas. *ŷ.* Qui redimit de interitu vitam tuam. *R.* Qui coronat te in misericordia & miserationibus. *ŷ.* Qui replet in bonis desiderium tuum. *R.* Renovabitur ut aquilæ juvenus tua. *ŷ.* Adjuvandum nostrum in nomine Domini, *R.* Qui fecit cælum & terram.

*Deinde Hebd: facit Confessionem, Absolutionem, capitula, & cætera usque ad finem, sicut in Dominica ad Primam. fol: 8,*

## IN FERIALI OFFICIO.

*Tempore Paschali, & in Festis per Annum.*

*Post Psalm: Deus in nomine tuo: fol: 10. dicitur tantum Psalm: Beati immaculati: fol: 3. & Retribue: Deinde Antyphona: competens, & reliqua, ut supra in Dominica: sed in Duplicibus & infra Octav: non dicuntur Preces: Dicto: Benedicamus Domino. dicitur Prima de Beata Maria, si dicenda est: postea legitur Martyrologium in Choro. Deinde dicitur. ŷ. Pretiosa: cum reliquis ut supra. fol: 8.*

*Ad Absolutionem Capituli in Festis dicitur Capitulum Nonæ.*

## AD TERTIAM.

Pater noster - Ave Maria:  
Deus in adiutorium:  
*HYMNUS.*

**N**unc Sancte nobis  
Spiritus,  
Unum Patri cum Filio;  
Dignare promptus ingeri:  
Nostro refusus pectori.  
Os, lingua, mens, sensus,  
vigor,  
Confessionem personent,  
Flammescat igne charitas.

Accendat ardor proximos.

Præsta Pater piissime,  
Patriq; compar Unice,  
Cum Spiritu Paraclito  
Regnans per omne sæculum,  
Amen.

*In Dominicis per Annum, & tempore Paschali: Antyphona. Alleluja.*

*In feriali Officio per Annum Antyphona Deduc me.*

*Tempore Adventus, Antyphona ex Laud: Dominicæ, aut ex propriis Laud:*

*Tempore Quadragesimæ Antyphona. Advenerunt nobis..*

*Tempore Passionis, Antyphona. Judicasti Domine.*

PSALMUS.

**L**egem pone mihi Domine viam justificationum tuarum: & exquiram eam semper.

Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: & custodiam illam in toto corde meo.

Deduc me in semitam mandatorum tuorum: quia ipsam volui.

Inclina cor meum in testimonia tua: & non in avaritiam.

Averte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua vivifica me.

Statue servo tuo eloquium tuum: in timore tuo.

Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum: quia judicia tua jucunda.

Ecce concupivi mandata tua: in æquitate tua vivifica me.

Et veniat super me misericordia tua Domine: salutare tuum secundum eloquium tuum.

Et respondebo exprobrantibus mihi verbum: quia speravi in sermonibus tuis.

Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque: quia in judiciis tuis supersperavi.

Et custodiam legem tuam semper: in sæculum & in sæculum sæculi.

Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisivi.

Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum: & non confundebam.

Et meditabar in mandatis tuis: quæ dilexi.

Et levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi: & exercebar in justificationibus tuis.

**M**emor esto verbi tui servo tuo: in quo mihi spem dedisti.

Hæc me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum vivificavit me.

Superbi inique agebant usquequaque: a lege autem tua non declinavi.

Memor fui iudiciorum tuorum a sæculo Domine: & consolatus sum.

Defectio tenuit me: pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

Cantabiles mihi erant justificationes tuæ: in loco peregrinationis meæ.

Memor fui nocte nominis tui Domine: & custodivi legem tuam.

Hæc facta est mihi: quia justificationes tuas exquisivi.

Portio mea Domine: dixi custodire legem tuam.

Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei, secundum eloquium tuum.

Cogitavi vias meas: & converti pedes meos in testimonia tua.

Paratus sum, & non sum turbatus: ut custodiam mandata tua.

Funes peccatorum circumplexi sunt me: & legem tuam non sum oblitus.

Media nocte surgebam ad confitendum tibi: super iudicia justificationis tuæ.

Particeps ego sum omnium timentium te: & custodientium mandata tua.

Misericordia tua Domine plena est terra: justificationes tuas doce me.

**B**onitatem fecisti cum servo tuo Domine, secundum verbum tuum.

Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.

Priusquam humiliarer, ego deliqui: propterea eloquium tuum custodivi.

Bonus es tu: & in bonitate tua doce me justificationes tuas.

Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.

Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego vero legem tuam meditatus sum.

Bonum mihi quia humiliasti me: ut discam justificationes tuas.

Bonum mihi lex oris tui, super millia auri, & argenti.

Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me: da mihi intel-

tellectum, & discam mandata tua.

Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur: quia in verba tua supersperavi.

Cognovi Domine quia æquitas judicia tua: & in veritate tua humiliasti me.

Fiat misericordia tua, ut consoletur me, secundum eloquium tuum seruo tuo.

Veniant mihi miserationes tuæ, & vivam: quia lex tua meditatio mea est.

Confundantur superbi, quia injuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.

Convertantur mihi timentes te: & qui noverunt testimonia tua.

Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis: ut non confundar.

*Antyph:* Alleluja, Alleluja, Alleluia.

*Tempore Pasch:* additur aliud Allel:

*Sequens Capit:* & alia in aliis Honoris dicuntur in Dominicis, a 2. post Epiph: usq; ad Septuag: & a 3. post Pentecost usq; ad Advent: Responsorialia breviter etiam usq; ad Dominicam 1. Quadrag: similiter & quæ sequuntur in feriali Officio.

*Capitulum 1. Joan: 4. c.*

Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. *R. breve.* Inclina cor meum Deus, in testimonia tua. Inclina. *ψ.* Averte oculos meos, ne videant vanitatem: in via tua vivifica me. In testimonia tua.

*Gloria Patri:* Inclina cor. *ψ.* Ego dixi Domine miserere mei. *R.* Sana animam meam, quia peccavi tibi.

*In feriali Officio per annum Antyph:* Deduc me Domine in semitam mandatorum tuorum.

*Capitulum. Jerem: 17. b.*

Sana me Domine, & sanabor: salvum me fac, & salvus ero: quoniam laus mea tu es. *R. breve.* Sana animam meam, Quia peccavi tibi. Sana: *ψ.* Ego dixi, Domine miserere mei. Quia: *Gloria Patri:* Sana animam: *ψ.* Adjutor meus esto, ne derelinquas me. *R.* Neque despicias me Deus salutaris meus.

*Quando ad Matut: dictæ sunt Preces, ad Tertiam, sextam, & Nonam flexis genibus dicitur:* Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster: *secreto.* *ψ.* Et ne nos inducas in tentationem. *R.* Sed libera nos a malo. *ψ.* Domine Deus virtutum converte nos. *R.* Et ostende faciem tuam, & salvi erimus. *ψ.* Exurge Christe. adjuva nos. *R.* Et libera nos propter nomen tuum. *ψ.* Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat. *ψ.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo. *Oremus. Oratio conveniens.*

*Tempore Advent: in Feriali Officio, Antyphona de Laudibus Dominicæ, aut ex propriis Laudibus.*

*Capitulum. Jer: 23. c.*

Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & suscitabo David germen justum: & regnabit Rex, & sapiens erit: & faciet judicium, & justitiam in terra. *R.* Deo gratias. *R. br.* Veni ad liberandum nos, Domine Deus virtutum. Veni ad liberandum: *ψ.* Ostende faciem tuam, & salvi erimus. Domine. *Gloria Patri:* Veni ad lib. *ψ.* Timebunt Gentes nomen tuum Domine. *R.* Et omnes reges terræ gloriam tuam. Kyrie eleyson. *Oratio conveniens.*

*Tempore Quad: in fer: Offic: Antyph:*

Advenerunt nobis dies pœnitentiæ, ad redimenda peccata, ad salvandas animas.

*Capitulum. Joel: 2. c.*

Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & fletu, & planctu. Et scindite corda vestra, & non vestimenta

vestra, ait Dominus omnipotens. *R. breve.* Ipse liberavit me, de laqueo venantium. Ipse: *ψ.* Et a verbo aspero. De laqueo: Gloria: Ipse liberavit. *ψ.* Scapulis suis obumbrabit tibi. *R.* Et sub pen- nis ejus sperabis. Kyrie eleyson. *Oratio conveniens.*

*Tempore Passionis in feriali Offic:*  
*Antyph:* Judicasti Domine causam ani- mæ meæ defensor vitæ meæ, Domine Deus meus.

*Capitulum. Jer: 17. b.*

**D**omine, omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes a te, in terra scribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viventium Dominum. *R. breve.* Erue a framea, Deus animam meam. Erue. *ψ.* Et de manu canis unicum meam. Deus ani: Erue a framea. *ψ.* De ore leonis libera me Domine. *R.* Et a cornibus unicornium humilitatem meam. Kyrie eleyson. *Oratio conveniens.*

*Tempore Pasch: in feriali Offic: Antyph:*  
Alleluja, alleluja, alleluja, alleluia.

*Capitulum. Rom: 6. b.*

**C**hristus resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo. *R. breve.* Surrexit Dominus de sepulchro. Allel: allel: Surrexit: *ψ.* Qui pro nobis pependit in ligno. Allel: allel: Gloria Patri: Surrexit: *ψ.* Surrexit Dominus vere alleluj. *R.* Et apparuit Simoni, alleluja.



## AD SEXTAM.

Pater noster: Ave Maria:

Deus in adjutorium.

*H T M N U S.*

**R**ector potens, verax  
Deus,  
Qui temperas rerum vi-  
ces,  
Splendore mane illuminas,  
Et ignibus meridiem.

Extingue flammam litium,  
Aufer calorem noxium,  
Confer salutem corporum,  
Veramq; pacem cordium.  
Præsta Pater piissime,  
Patriq; compar Unice,  
Cum Spiritu Paraclito  
Regnans per omne sæcu-  
lum, Amen.

*In Dominicis per Annum, & tem-  
pore Paschali, Antyphona. Alleluja.*

*In Feriali Officio per Annum, Anty-  
phona. Adjuva me.*

*Tempore Adventus, Antyphona de  
Laud: Dominicæ, aut ex propr: Laudib:*

*Tempore Quadrages: Antyphona.  
Commendemus nosmetipfos.*

*Tempore Passionis, Antyphona. Po-  
pule meus.*

## PSALMUS.

**D**efecit in salutare tuum anima  
mea: & in verbum tuum fu-  
periperavi.

Defecerunt oculi mei in elo-  
quium tuum, dicentes: Quando  
consolaberis me?

Quia factus sum sicut uter in  
pruina; justificationes tuas non  
sum oblitus.

Quot sunt dies servi tui:  
quando facies de persequentibus  
me iudicium?

Narraverunt mihi iniqui fa-  
bulationes: sed non ut lex tua.  
Omnia



Omnia mandata tua veritas: inique persecuti sunt me, adjuva me.

Paulo minus consummaverunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.

Secundum misericordiam tuam vivifica me: & custodiam testimonia oris tui.

In æternum Domine: verbum tuum permanet in cælo.

In generationem & generationem veritas tua: fundasti terram, & permanet.

Ordinatione tua perseverat dies: quoniam omnia serviunt tibi.

Nisi quod lex tua meditatio mea est: tunc forte periissem in humilitate mea.

In æternum non obliviscar justificationes tuas: quia in ipsis vivificasti me.

Tuus sum ego, salvum me fac: quoniam justificationes tuas exquisivi.

Me expectaverunt peccatores, ut perderent me: testimonia tua intellexi.

Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

**Q**uomodo dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in æternum mihi est.

Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi: quia mandata tua quæsi.

Ab omni via mala prohibui pedes meos: ut custodiam verba tua.

A judiciis tuis non declinavi: quia tu legem posuisti mihi.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo!

A mandatis tuis intellexi: propterea odivi omnem viam iniquitatis.

Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen semitis meis.

Juravi, & statui: custodire judicia justitiæ tuæ.

Humiliatus sum usquequaque Domine: vivifica me secundum verbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & judicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper: & legem tuam non sum oblitus.

Posuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erravi.

Hæreditate acquisivi testimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei sunt.

Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum: propter retributionem.

**I**niquos odio habui: & legem tuam dilexi.

Adjutor & susceptor meus es tu: & in verbum tuum super speravi.

Declinate a me maligni: & scrutabor mandata Dei mei.

Suscipe me secundum eloquium tuum, & vivam: & non confundas me ab expectatione mea.

Adjuva me & salvus ero: & meditabor in justificationibus tuis semper.

Sprevisti omnes discedentes a judiciis tuis: quia injusta cogitatio eorum.

Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua.

Confige timore tuo carnes meas: a judiciis enim tuis timui.

Feci iudicium & iustitiam: non tradas me calumniantibus me.

Suscipe servum tuum in bonum: non calumnientur me superbi.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum: & in eloquium iustitiæ tuæ.

Fac cum servo tuo, secundum misericordiam tuam: & justificationes tuas doce me.

Servus tuus sum ego: da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua.

Tempus faciendi Domine: dissipaverunt legem tuam.

Ideo dilexi mandata tua: super aurum & topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

*Antyph:* Alleluia, alleluia, Alleluja.

*Tempore Pasch:* additur aliud Allel:

*Capitulum. Gal: 6.*

**A**lter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem Christi. *R. br:* In æternum Domine. Permaget verbum tuum. In æternum. *ψ.* In sæculum sæculi veritas tua. *R.* Permaget. Gloria. In æternum. *ψ.* Dominus regit me: & nihil mihi deerit. *R.* In loco pascuæ ibi me collocavit.

In feriali Officio per Annum, Antyphona. Adjura me, & salvus ero Domine. Capit: Alter alterius. R. br: Benedicam Dominum. In omni tempore. Benedicam. V. Semper laus ejus in ore meo. In omni Gloria. Benedicam. V. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. In loco pascuæ ibi me collocavit. Kyrie eleyson, &c. si dicendum sit, ut supra ad Tertiam.

Tempore Adventus in feriali Officio, Antyphona de laudibus Dominicæ, aut ex propriis Laudibus.

Capitulum. Jerem. 33. c.

In diebus illis salvabitur Juda, & Israel habitabit confidenter: & hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus justus noster. R. bre: Ostende nobis Domine: Misericordiam tuam. Ostende. V. Et salutare tuum da nobis. Misericordiam. Gloria. Ostende. V. Memento nostri Domine in beneplacito populi tui. R. Visita nos in salutari tuo. Kyrie eleyson: Oratio conveniens.

Tempore Quad: in fer: Offic. Antyph:

Commendemus nosmetipfos in multa patientia, in jejuniis multis, per arma justitiæ.

Capitulum. Isa: 55. c.

Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & revertatur ad Dominum, & miserebitur ejus; & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. R. br: Scapulis suis. Obumbrabit tibi. V. Et sub pennis ejus sperabis: Obumbrabit. Gloria Patri. Scapulis. V. Scuto circumdabit te veritas ejus. R. Non timebis a timore nocturno. Kyrie eleyson. Oratio conveniens.

Tempore Passionis, in feriali Officio Antyphona. Popule meus, quid feci tibi? aut quid molestus fui? Responde mihi.

Capitulum. Ier: 17. c.

Confundantur, qui me persequuntur, & non confundar ego: paveant illi, & non paveam ego: induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos, Domine Deus noster.

R. brev: De ore leonis. Libera me Domine. De ore. V. Et a cornibus unicornium humilitatem meam. Libera. De ore. V. Ne perdas cum impiis DEUS animam meam. R. Et cum viris sanguinum vitam meam. Kyrie eleyson. Oratio conveniens.

Tempore Paschali in feriali Officio, Antyphona. Alleluja, alleluja, alleluja, alleluja.

Capitulum. I. Cor: 15. c.

Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium: quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: & sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur. R. bre: Surrexit Dominus vere. Alleluja. Alleluja. Surrexit. V. Et apparuit Simoni. Alleluja. Alleluja. Gloria. Surrexit. V. Gavisi sunt discipuli, Alleluja. R. Viso Domino. Alleluja. Oratio Conveniens.



## AD NONAM.

Pater noster. Ave Maria.

Deus in adjutorium.

HYMNUS.

**R**erum Deus tenax vigor,

Immotus in te permanens,  
Lucis diurnæ tempora  
Successibus determinans,

Largire lumen vespere,  
 Quo vita nusquam deci-  
 dat,  
 Sed præmium mortis sa-  
 cræ  
 Perennis instet gloria.  
 Præsta Pater pijsime,  
 Patriq; compar Unice,  
 Cum Spiritu Paraclito  
 Regnans per omne sæcu-  
 lum, Amen.

*In Dominicis per Annum, & tempo-  
 re Paschali, Antyphona. Alleluja.*

*In Feriali Officio per Annum, Anty-  
 phona. Aspice in me.*

*Tempore Adventus, Antyphona ex  
 Laud: Dominicæ, aut ex propriis Lau-  
 dibus.*

*Tempore Quadrages: Antyphona. Per  
 arma justitiæ.*

*Tempore Passionis, Antyphona. Num-  
 quid redditur.*

PSALMUS.

**M**irabilia testimonia tua: i-  
 deo scrutata est ea anima  
 mea.

Declaratio sermonum tuorum  
 illuminat: & intellectum dat  
 parvulis.

Os meum aperui, & attraxi  
 spiritum: quia mandata tua de-  
 siderabam.

Aspice in me, & miserere  
 mei: secundum iudicium diligen-  
 tium nomen tuum.

Gressus meos dirige secun-  
 dum eloquium tuum: & non do-  
 minetur mei omnis iniustitia.

Redime me a calumniis ho-  
 minum: ut custodiam mandata  
 tua.

Faciem tuam illumina super  
 servum tuum: & doce me justi-  
 ficationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt  
 oculi mei: quia non custodie-  
 runt legem tuam.

Iustus es Domine: & rectum  
 iudicium tuum.

Mandasti justitiam, testimonia  
 tua: & veritatem tuam nimis.

Tabescere me fecit zelus me-  
 us: quia obliti sunt verba tua  
 inimici mei.

Ignitum eloquium tuum ve-  
 hementer: & servus tuus dile-  
 xit illud.

Adolescentulus sum ego, &  
 contemptus: justificationes tuas  
 non sum oblitus.

Iustitia tua, iustitia in æter-  
 num: & lex tua veritas.

Tribulatio & angustia inve-  
 nerunt me: mandata tua medi-  
 tatio mea est.

Æquitas testimonia tua  
 in

in æternum: intellectum da mihi & vivam.

**C**lamavi in toto corde meo, & exaudi me Domine: justificationes tuas requiram.

Clamavi ad te, salvum me fac: ut custodiam mandata tua.

Præveni in maturitate, & clamavi: quia in verba tua super speravi.

Prævenerunt oculi mei ad te diluculo: ut meditarer eloquia tua.

Vocem meam audi secundum misericordiam tuam Domine: & secundum iudicium tuum vivifica me.

Appropinquaverunt persecuentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti sunt.

Prope es tu Domine: & omnes viæ tuæ veritas.

Initio cognovi de testimoniis tuis: quia in æternum fundasti ea.

Vide humilitatem meam, & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus.

Judica iudicium meum, & redime me: propter eloquium tuum vivifica me.

Longe a peccatoribus salus: quia justificationes tuas non exquisierunt.

Misericordiæ tuæ multæ Domine: secundum iudicium tuum vivifica me.

Multi qui persequuntur me, & tribulant me: a testimoniis tuis non declinavi.

Vidi prævaricantes, & tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi Domine: in misericordia tua vivifica me.

Principium verborum tuorum veritas: in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.

**P**rincipes persecuti sunt me gratis: & a verbis tuis formidavit cor meum.

Lætabor ego super eloquia tua: sicut qui invenit spolia multa.

Iniquitatem odio habui, & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.

Septies in die laudem dixi tibi: super iudicia iustitiæ tuæ.

Pax multa diligentibus legem tuam: & non est illis scandalum.

Expectabam salutare tuum Domine: & mandata tua dilexi.

Custodivit anima mea testi-

monia tua: & dilexit ea vehementer.

Servavi mandata tua, & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine: juxta eloquium tuum da mihi intellectum.

Intret Postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me.

Eruent labia mea hymnum: cum docueris me justificationes tuas.

Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua æquitas.

Fiat manus tua, ut salvet me: quoniam mandata tua elegi.

Concupivi salutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea est.

Vivet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adjuvabunt me.

Erravi, sicut ovis quæ periit: quære servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

*Antyph:* Alleluja, Allel: Allel:  
*Tempore Paschali additur aliud*  
allel.

*Capitulum 1. Cor: 6. d.*

Empti enim estis pretio magno. Glorificate & portate Deum in corpore vestro. *R. br.* Clamavi in toto corde meo. Exaudi me Domine. Clamavi. *ψ.* Justificationes tuas requiram. Exaudi. Gloria. Clamavi. *ψ.* Ab occultis meis munda me Domine. *R.* Et ab alienis parce seruo tuo.

*In feriali Officio per Annum Antyphona,* Aspice in me, & miserere mei Domine.

*Capitulum.* Empti enim estis.

*R. breve.* Redime me Domine: & miserere mei. Redime. *ψ.* Pes enim meus stetit in via recta. Et miserere. Gloria Patri. Redime. *ψ.* Ab occultis meis munda me Domine. *R.* Et ab alienis parce seruo tuo. Kyrie eleyson &c. *si dicendum sit, ut supra ad tertiam: Oratio conveniens.*

*Tempore Adventus in feriali Officio, Antyphona de Laudibus Dominicæ, aut ex propriis Laudibus.*

*Capitulum. Isa: 14.*

Prope est, ut veniat tempus ejus, & dies ejus non elongabuntur. Miserabitur enim Dominus Jacob, & Israel salvabitur. *R. bre:* Super te Jerusalem. Orietur Dominus. Super *ψ.* Et Gloria ejus in te videbitur. Orietur. Gloria. Super te. *ψ.* Veni Domine, & noli tardare. *R.* Relaxa facinora plebi tuæ. Kyrie eleyson. *Oratio conveniens.*

*Tempore Quad: in feriali Officio. Antyphona.* Per arma justitiæ virtutis Dei commendemus nosmetipsos in multa patientia.

*Capitulum. Isa: 58. b.*

Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. *R. breve.* Scuto circumdabit te. Veritas ejus: Scu-

Scuto. *ψ*. Non timebis a timore nocturno. Veritas. Gloria Patri: Scuto. *ψ*. Angelis suis DEUS mandavit de te. *℞*. Ut custodiant te in omnibus viis tuis. Kyrie eleyson. *Oratio conveniens.*

*Tempore Passionis in feriali Officio, Antyphona.* Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foveam animæ meæ?

*Capitulum. Jerem: 18. d.*

Recordare, quod steterim in conspectu tuo, ut loquerer pro eis bonum, & averterem indignationem tuam ab eis. *℞. breve.* Ne perdas cum impijs, Deus animam meam. Ne perdas. *ψ*. Et cum viris sanguinum vitam meam. Deus. Ne perdas. *ψ*. Eripe me Domine ab homine malo. *℞*. A viro in quo eripe me. Kyrie eleyson. *Oratio conveniens.*

*Tempore Paschali, in feriali Officio, Antyphona.* Alleluja, alleluja, alleluja, alleluia.

*Capitulum. Petr: 3. d.*

Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, justus pro injustis, ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem Spiritu. *℞. br.* Gavisi sunt Discipuli. Alleluja, alleluia: Gavisi. *ψ*. Viso Domino. Alleluia, allel: Gloria Patri. Gavisi. *ψ*. Mane nobiscum Domine. Alleluia *℞*. Quoniam advesperascit, Alleluia. *Oratio conveniens.*



# DOMINICA AD VESPERAS

Pater noster: Ave Maria:

Deus in adjutorium.

*Antyph: Dixit Dominus.*

*Tempore Paschali Antyphona.*

*Alleluia. Sub qua sola Antyph: dicuntur omnes Psalmi Vesperarum, tam in Dominicis, quam in Feriis.*

PSALMUS 109.

**D**ixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos: scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum: ex utero ante luciferum genuite.

Juravit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es sacer-

H2

dos

dos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis: confregit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.

*Antyph:* Dixit Dominus Domino meo. sede a dextris meis.

*Antyph:* Fidelia.

P S A L M U S 110.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo: in consilio justorum, & congregatione.

Magna opera Domini: exquisita in omnes voluntates ejus.

Confessio & magnificentia opus ejus: & justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Memoriam fecit mira-

bilium suorum, misericors & miserator Dominus: escam dedit timentibus se.

Memor erit in sæculum testamenti sui: virtutem operum suorum annuntiabit populo suo.

Ut det illis hæreditatem gentium: opera manuum ejus veritas & judicium.

Fidelia omnia mandata ejus: confirmata in sæculum sæculi: facta in veritate & æquitate:

Redemptionem misit populo suo: mandavit in æternum testamentum suum.

Sanctum & terribile nomen ejus: initium sapientiæ timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio ejus manet in sæculum sæculi.



*Antyphona.* Fidelia omnia mandata ejus: confirmata in sæculum sæculi. *Antyph:* In mandatis.

## PSALMUS III.

**B**eatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur.

Gloria & divitiæ in domo ejus: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors, & miserator, & justus.

Jucundus homo, qui miseretur & commodat, disponet sermone suos in iudicio: quia in æternum non commovebitur.

In memoria æterna erit justus: ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino, confir-

matum est cor ejus: non commovebitur, donec despiciat inimicos suos.

Disperfit, dedit pauperibus: justitia ejus manet in sæculum sæculi, cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet: desiderium peccatorum peribit.

*Antyph:* In mandatis ejus cupit nimis, *Antyph:* Sit nomen Domini.

## P S A L M U S II2.

**L**audate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc & usq; in sæculum.

A solis ortu usq; ad occasum laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes Gentes Dominus: & super cœlos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat: & humilia respicit in cælo & in terra.

Suscitans a terra inopem, & de stercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cum principibus: cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum lætantem.

*Antyph:* Sit nomen Domini benedictum in sæcula.

*Antyph:* Nos qui vivimus.

P S A L M U S 113.

In exitu Israel de Ægypto: domus Jacob de populo barbaro.

Facta est Judæa sanctificatio ejus: Israel potestas ejus.

Mare vidit, & fugit: Jordanis conversus est retrorsum.

Montes exultaverunt ut arietes: & colles sicut agnovium.

Quid est tibi mare, quod fugisti: & tu Jordanis, quia conversus es retrorsum.

Montes exultastis sicut arietes: & colles sicut agnovium.

A facie Domini mota est terra: a facie Dei Jacob.

Qui convertit petram in stagna aquarum: & rupem in fontes aquarum.

Non nobis Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam.

Super misericordia tua, & veritate tua: ne quando dicant Gentes ubi est Deus eorum?

Deus autem noster in cælo: omnia quæcumque voluit, fecit.

Simulacra Gentium argentum, & aurum opera manuum hominum.

Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.

Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt.

Manus habent, & non palpabunt, pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.

Similes illis fiant, qui faciunt ea: & omnes, qui confidunt in eis.

Domus Israel speravit in Domino: adiutor eorum, & protector eorum est.

Domus Aaron speravit in Domino: adiutor eorum & protector eorum est.

Qui timent Dominum, speraverunt in Domino: adiutor eorum, & protector eorum est:

Dominus memor fuit nostri: & benedixit nobis.

Benedixit domui Israel: benedixit domui Aaron.

Benedixit omnibus, qui timent Dominum: pusillis cum Maioribus.

Adjiciat Dominus super vos: super vos, & super filios vestros.

Benedicti vos a Domino: qui fecit cœlum & terram.

Cœlum cœli Domino: terram autem dedit filiis hominum.

Non mortui laudabunt te Domine: neq; omnes qui descendunt in infernum.

Sed nos qui vivimus, benedicimus Domino: ex hoc nunc & usq; in sæculum.

*Antyph:* Nos qui vivimus, benedicimus Domino.

*Tempore Paschali Antyphona:* Alleluia, alleluia, alleluia.

*Capitulum.* 2. Cor: 1.

**B**enedictus DEUS, & Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

*HYMNUS.*

**L**ucis Creator optime.  
**L**ucem dierum profes-  
 rens:  
 Primordiis lucis novæ,  
 Mundi parans originem.  
 Qui mane junctum vespe-  
 ri,  
 Diem vocari præcipis,  
 Illabatur tetrum chaos,  
 Audi preces cum fletibus.  
 Ne mens gravata crimine,  
 Vitæ sit exul munere,  
 Dum nil perenne cogitat,  
 Seseq; culpis illigat.  
 Cœleste pulset ostium,  
 Vitale tollat præmium;  
 Vitemus omne noxium:  
 Purgem9 omne pessimum.  
 Præsta Pater piissime,  
 Patriq; compar Unice,  
 Cum Spiritu Paraclito,  
 Regnans per omne sæcu-  
 lum.

ψ. Dirigatur Domine oratio mea.

℞. Sicut incensam in conspectu tuo.

*Prædictus Hymnus cum suo ψ. dici-  
 tur a Dominica II. post Epiphaniam  
 usq; ad Dominicam primam Quadragesi-  
 mæ, & a Dominica III. post Pentec: usq;  
 ad Adventum.*

*Canticum B. Mariæ Virg: Luc: 1. c.*

**M**agnificat anima mea  
**D**ominum.

Et exultavit spiritus me-  
 us: in Deo salutari meo.

Quia respexit humilita-  
 tem ancillæ suæ: ecce e-  
 nim ex hoc beatam me  
 dicent omnes generatio-  
 nes.

Quia fecit mihi magna,  
 qui potens est: & sanctum  
 nomen ejus.

Et misericordia ejus a  
 progenie in progenies: ti-  
 mentibus eum.

Fecit potentiam in bra-  
 chio suo: dispersit super-  
 bos mente cordis sui.

De-

Deposuit potentes de se-  
de: & exaltavit humiles.

Efuriens implevit bo-  
nis: & divites dimisit ina-  
nes.

Suscepit Israel puerum  
suum: recordatus miseri-  
cordiæ suæ.

Sicut locutus est ad Pa-  
tres nostros: Abraham, &  
semini ejus in sæcula.

Gloria Patri:

*Deinde dicitur Antyphona, & Oratio  
propria.*

PRO COMMUNI SS.

PSALMUS 116.

**L**audate Dominum o-  
mnes Gentes: laudate  
eum omnes populi.

Quoniam confirmata est  
super nos misericordia e-  
jus: & veritas Domini ma-  
net in æternum.

Gloria Patri:

PRO SS. APOSTOL:  
& MM.

PSALMUS 115.

**C**redidi, propter quod  
locutus sum: ego au-  
tem humiliatus sum ni-  
mis.

Ego dixi in excessu meo:  
omnis homo mendax.

Quid retribuam Domi-  
no: pro omnibus, quæ retri-  
buit mihi.

Calicem salutaris acci-  
piam: & nomen Domini  
invocabo.

Vota mea Domino red-  
dam coram omni populo  
ejus: pretiosa in conspectu  
Domini mors sanctorum  
ejus.

O Domine! quia ego ser-  
vus tuus: ego servus tuus,  
& filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea:  
tibi sacrificabo hostiam  
lau-

K

laudis, & nomen Domini  
invocabo.

Vota mea Domino red-  
dam in conspectu omnis  
populi ejus: in atriis domus  
Domini, in medio tui Je-  
rusalem.

Gloria Patri:

PSALMUS 125.

**I**n convertendo Dominus  
captivitatem Sion: facti  
sumus sicut consolati.

Tunc repletum est gau-  
dio os nostrum: & lingua  
nostra exultatione.

Tunc dicent inter Gen-  
tes: magnificavit Dominus  
facere cum eis.

Magnificavit Dominus  
facere nobiscum: facti su-  
mus lætantes.

Converte Domine capti-  
vitatem nostram: sicut tor-  
rens in Austro.

Qui seminant in lacry-  
mis: in exultatione me-  
tent.

Euntes ibant & flebant:  
mittentes semina sua.

Venientes autem venient  
cum exultatione: portan-  
tes manipulos suos.

Gloria Patri:

PSALMUS 110.

**D**omine probasti me, &  
cognovisti me: tu co-  
gnovisti sessionem meam,  
& resurrectionem meam.

Intellexisti cogitationes  
meas de longe: semitam  
meam, & funiculum me-  
um investigasti.

Et omnes vias meas præ-  
vidisti: quia non est sermo  
in lingua mea.

Ecce Domine tu cogno-  
visti omnia, novissima, &  
anti-

antiqua: tu formasti me, & sicut dies illuminabitur: si-  
posuisti super me manum cut tenebræ ejus, ita & lu-  
tuam. men ejus.

Mirabilis facta est scien- Quia tu possedisti renes  
tia tua ex me: confortata meos: suscepisti me de ute-  
est, & non potero ad e- ro matris meæ.  
am.

Quo ibo a spiritu tuo? & Confitebor tibi, quia ter-  
quo a facie tua fugiam? ribiliter magnificatus es:  
mirabilia opera tua, & ani-  
ma mea cognoscit nimis.

Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in  
infernum ades. Non est occultatum os  
meum a te, quod fecisti in  
occulto: & substantia mea  
in inferioribus terræ.

Si sumpsero pennas meas Imperfectum meum vi-  
diluculo: & habitavero in derunt oculi tui, & in libro  
extremis maris. tuo omnes scribentur: dies  
formabuntur, & nemo in  
eis.

Etenim illuc manus tua Mihi autem nimis hono-  
deducet me: & tenebit me rificati sunt amici tui De-  
dextera tua. us: nimis confortatus est  
principatus eorum.

Et dixi: forsitan tenebræ Dinumerabo eos, & su-  
conculcabunt me: & nox per  
illuminatio mea in deliciis  
meis.

Quia tenebræ non ob-  
scurabuntur a te, & nox  
K2 per

per arenam multiplicabuntur: exurrexi, & adhuc sum tecum.

Si occideris Deus peccatores: viri sanguinum declinate a me.

Quia dicitis in cogitatione: accipient in vanitate civitates tuas.

Nonne qui oderunt te Domine, oderam: & super inimicos tuos tabescebam?

Perfecto odio oderam illos: & inimici facti sunt mihi.

Proba me Deus, & scito cor meum: interroga me, & cognosce semitas meas.

Et vide, si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna.

Gloria Patri:



PRO SS. CONFESS:

Pontific:

P S A L M U S 131.

**M**emento Domine David: & omnis mansuetudinis ejus.

Sicut juravit Domino: votum vovit Deo Jacob.

Si introiero in tabernaculum domus meæ: si ascendero in lectum strati mei.

Si dedero fomnum oculis meis: & palpebris meis dormitationem.

Et requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino: tabernaculum Deo Jacob.

Ecce audivimus eam in Ephrata: invenimus eam in campis silvæ.

Introibimus in tabernaculum ejus: adorabimus in



in loco, ubi steterunt pedes  
ejus.

Surge Domine in requi-  
em tuam: tu & arca sancti-  
ficationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur  
justitiam: & sancti tui exul-  
tent.

Propter David servum  
tuum, non avertas faciem  
Christi tui.

Juravit Dominus David  
veritatem, & non frustra-  
bitur eam: de fructu ven-  
tris tui ponam super sedem  
tuam.

Si custodierint filii tui te-  
stamentum meum: & testi-  
monia mea hæc, quæ doce-  
bo eos.

Et filii eorum usq; in sæ-  
culum: sedebunt super se-  
dem tuam.

Quoniam elegit Domi-  
nus Sion: elegit eam in ha-  
bitationem sibi.

Hæc requies mea in sæ-  
L

culum sæculi: hic habitabo,  
quoniam elegi eam.

Viduam ejus benedicens  
benedicam: pauperes ejus  
saturabo panibus.

Sacerdotes ejus induam  
salutari: & sancti ejus exul-  
tatione exultabunt.

Illuc producam cornu  
David; paravi lucernam  
Christo meo.

Inimicos ejus induam  
confusione: super ipsum  
autem effloreat sanctifica-  
tio mea.

Gloria Patri:

---

PRO SS. VIRGINIBUS  
& Viduis.

PSALMUS 121.

Lætatus sum in his, quæ  
dicta sunt mihi: in do-  
mum Domini ibimus.

Stantes erant pedes no-  
stri:

stri: in atriis tuis Jerusale-  
lem.

Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas: cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.

Quia illic federunt sedes in judicio: super domum David.

Rogate, quæ ad pacem sunt Jerusalem: & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri: quæsi bona tibi.

Gloria Patri:

P S A L M U S 126.

**N**isi Dominus ædificaverit domum: in vanum laboraverunt, qui ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit civitatem: frustra vigilat, qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam federitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hæreditas Domini, filii: merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis: ita filii excussorum.

Beatus vir, qui implevit desiderium suum ex ipsis: non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri:

PSAL-

## P S A L M U S 147.

**L**auda Jerusalem Domi-  
num: lauda Deum tu-  
um Sion.

Quoniam confortavit  
feras portarum tuarum:  
benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos  
pacem: & adipe frumen-  
ti faciat te.

Qui emittit eloquium  
suum terræ: velociter cur-  
rit sermo eius.

Qui dat nivem sicut la-  
nam: nebulam sicut cine-  
rem spargit.

Mittit crystallum suam  
sicut buccellas: ante faci-  
em frigoris ejus quis susti-  
nebit?

Emittet verbum suum,  
& liquefaciet ea: flabit  
spiritus ejus, & fluent  
aquæ.

Qui annuntiat verbum

suum Jacob: justitias, &  
judicia sua Israel.

Non fecit taliter omni  
nationi: & judicia sua non  
manifestavit eis.

Gloria Patri:



## COMMUNE

Apostol: & Evangelistarum:

**A**d vesp̄as, *Antiph:* Hoc est  
præceptum meum, ut diligatis  
invicem, sicut dilexi vos. *Psal:*  
Dixit Dominus *fol: 29. Ant:* Majorem  
charitatem nemo habet, ut animam  
suam ponat quis pro amicis suis. *Psal:*  
Confitebor, *fol: 30. Ant:* Vos amici mei  
estis, si feceritis, quæ præcipio vobis,  
dicit Dominus. *Psal: Beatus Vir: fol:*  
31. Beati pacifici, beati mundo corde:  
quoniam ipsi Deum videbunt. *Psal:*  
Laudate pueri. *fol: 31. Ant:* In pati-  
entia vestra possidebitis animas vestras.  
*Psal: Laudate Dominum, fol: 35.*

*Capitulum.* Fratres, jam non estis  
hospites & advenæ: sed estis cives San-  
ctorum, & domestici Dei: superædi-  
ficati super fundamentum Apostolorum  
& Prophetarum: ipso summo angula-  
ri lapide Christo JESU.

℞. Deo gratias.

## HYMNUS.

**E**xultet orbis gaudiis:  
Cælum resultet laudibus:  
Apostolorum gloriam

Tellus & astra concinunt.  
 Vos sæculorum Iudices.  
 Et vera mundi lumina,  
 Votis precamur cordium:  
 Audite voces supplicum.  
 Qui templa cæli clauditis,  
 Seraſque verbo ſolvitis,  
 Nos a reatu noxios  
 Solvi iubete, quæſumus.  
 Præcepta quorum protinus  
 Languor ſalusque ſentiunt,  
 Sanate mentes languidas:  
 Augete nos virtutibus.  
 Ut, cum redibit Arbiter  
 In fine Chriſtus ſæculi:  
 Nos ſempiterni gaudii  
 Concedat eſſe compotes.  
 Patri, ſimulque Filio,  
 Tibique Sancte Spiritus,  
 Sicut fuit, ſit jugiter  
 Sæclum per omne gloria.  
 Amen.

Ÿ, In omnem terram exivit ſonus  
 eorum.

℞. Et in fines orbis terræ verba  
 eorum.

*Ad Magnif: Antiph:*

**T**radent enim vos in conciliis,  
 & in ſynagogis ſuis flagellabunt  
 vos, & ante reges & præſides du-  
 cemini propter me, in teſtimonium  
 illis, & Gentibus.

Ad Tertiam *Antiph:* Maiorem  
 charitatem. *Capit:* Fratres, iam non  
 eſtis. ℞. In omnem terram; Exi-  
 vit ſonus eorum. In omnem. Ÿ.  
 Et in fines orbis terræ verba eorum.  
 Exivit: Gloria Patri: In omnem-  
 Ÿ. Conſtitues eos principes ſuper  
 omnem terram. ℞. Memores erunt  
 nominis tui Domine.

Ad Sextam. *Antiph:* Vos amici  
 mei eſtis. *Capit:* Per manus autem  
 Apoſtolorum fiebant ſigna, & pro-  
 digia multa in plebe. ℞. *br.* Con-  
 ſtitues eos principes; Super omnem  
 terram. Conſtitues. Ÿ. Memores  
 erunt nominis tui Domine. Super:  
 Gloria Patri: Conſtitues. Ÿ. Ni-  
 mis honorati ſunt amici tui Deus. ℞.  
 Nimis confortatus eſt principatus eo-  
 rum.

Ad Nonam. *Antiph:* In patien-  
 tia veſtra. *Capit:* Ibant Apoſtoli gau-  
 dentes a conſpectu concilii, quoniam  
 digni habiti ſunt pro nomine JESU  
 contumeliam pati. ℞. *br:* Nimis  
 honorati ſunt; Amici tui Deus. Ni-  
 mis: Ÿ. Nimis confortatus eſt prin-  
 cipatus eorum. Amici: Gloria Pa-  
 tri. Nimis: Ÿ. Annuntiaverunt ope-  
 ra Dei. ℞. Et facta ejus intellexe-  
 runt.

In II. VESPERIS, *Antiph:* Ju-  
 ravit Dominus, & non pœnitebit  
 eum: tu es ſacerdos in æternum.  
*Pſal:* Dixit Dominus. *fol:* 29 *Ant:*  
 Collocet eum Dominus cum princi-  
 pibus populi ſui. *Pſal:* Laudate pu-  
 eri. *fol:* 31. Dirupiſti Domine vincu-  
 la mea, tibi ſacrificabo hoſtiam lau-  
 dis. *Pſal:* Credidi. *fol:* 35. *Ant:*  
 Euntes ibant & flebant mittentes ſe-  
 mina ſua. *Pſal:* In convertendo:  
*fol:* 36. *Ant:* Confortatus eſt prin-  
 cipatus eorum, & honorati ſunt a-  
 mici tui DEUS. *Pſal.* Domine pro-  
 baſti me. *fol:* 36.

*Capit:* Fratres, jam non eſtis  
 hoſpites.

*Hymnus.*

*Hymnus, Exultet orbis. ut supra.*

ψ. Annuntiaverunt opera Dei.

℞. Et facta ejus intellexerunt.

*Ad Magnif: Antiph: Estote fortes in bello, & pugnate cum antiquo serpente: & accipietis regnum æternum, Alleluja.*

### TEMPORE PASCHALI

*Ad Vesperas. Antiph*

Sancti tui Domine florebut sicut lili-  
um, alleluja: & sicut odor balsami  
erunt ante te, alleluja.

*Psal: Dixit Dominus: cum reliq: de Dominica, fol: 29. Et loco ultimi, Psal: Laudate Dominum omnes Gentes. f. 35. Ant. In cœlestibus regnis sanctorum habitatio est, alleluia, & in æternum, requies eorum, alleluja. Ant: In velamento clamabant sancti tui Domine, alleluja, alleluja, alleluja. Ant: Spiritus & animæ iustorum hymnum dicite Deo nostro, alleluja, alleluja. Ant: Fulgebunt iusti sicut sol in conspectu Dei, alleluja.*

*Capit: Stabunt iusti, in magna constantia adversus eos; qui se angustia-  
verunt, & qui abstulerunt labores eorum.*

### H Y M N U S

**T**ristes erant Apostoli,  
De Christi acerbo fune-  
re:

Quem morte crudelissima:

Servi necarant impij.

Sermone verax Angelus:

Mulieribus prædixerat:

Mox ore Christus gaudium:

Gregi feret fidelium.

Ad anxios Apostolos,

Currunt statim dum nuntia,

Illæ micantis obvia

Christi tenent vestigia.

Galilææ ad alta montium,

Se conferunt Apostoli,

JESUq; voti compotes:

Almo beantur lumine.

Ut sis perenne mentibus,

Paschale Jesu gaudium,

A morte dira criminum:

Vitæ renatos libera.

Deo Patri sit gloria:

Et Filio, qui a mortuis

Surrexit: ac Paraclito,

In sempiterna sæcula.

Amen.

ψ. Sancti & iusti in Domino gaudete, alleluja. ℞. Vos elegit Deus in hæreditatem sibi, alleluja.

*Ad Magnif: Antiph: Lux perpetua lucebit sanctis tuis Domine, & æternitas temporum, alleluja.*

*Ad Tertiam, Antiph: In cœlestibus regnis: Capit: Stabunt iusti: ℞. brev: Sancti & iusti in Domino gaudete; alleluja, alleluja. Sancti & iusti: ψ. Vos elegit Deus in hæreditatem sibi. Alleluja, alleluja. Gloria Patri: Sancti & iusti: ψ. Lux perpetua lucebit sanctis tuis Domine, alleluja. ℞. Et æternitas temporum, alleluja.*

*Ad Sextam, Ant: In velamento: Capit: Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. ℞. br: Lux perpetua lucebit sanctis tuis Domine: alleluja, alleluja. Lux perpetua: Et æternitas temporum. Alleluia, Alleluja. Gloria Patri: Lux perpetua. ψ. Lætitia sempiterna super capita eorum. Alleluja. ℞. Gaudium & exultationem obtinebunt, alleluja.*

M

Ad

*Ad Nonam, Antiph:* Fulgebunt iusti.  
*Capit:* Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs qui secundum propositum vocati sunt sancti. *R. br:* Lætitia sempiterna super capita eorum, alleluja, alleluia. Lætitia. *ÿ.* Gaudium & exultationem obtinebunt, alleluja, alleluja. Gloria Patri: Lætitia. *ÿ.* Pretiosa in conspectu Domini, alleluja. *R.* Mors sanctorum eius alleluja.

In II. VESPERIS, *Antiph:* Sancti tui: *ut in primis Vesperis, Psalmi.* Dixit Dominus, fol. 29. Laudate pueri, f. 31. Credidi, f. 35. In convertendo, f. 36. Domine probasti. fol. 36. *Capit:* Stabunt iusti: *Hymnus,* Tristes erant Apostoli: *ut supra.*

*ÿ.* Pretiosa in conspectu Domini, alleluja.

*R.* Mors sanctorum eius, allel:

*Ad Magnif: Antiph:* Sancti & iusti in Domino gaudete, alleluja: vos elegit Deus in hæreditatem sibi, allel:



## COMMUNE

### Unius Martyris.

*Ad Vesperas, Antiph:* Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo. *Psal:* Dixit Dominus, foli. 29. cum reliquis de Dominica, & loco ultimi. *Psal:* Laudate Dominum omnes gentes, f. 35.

*Ant:* Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ, dicit Dominus. *Antiph:* Qui mihi ministrat, me sequatur: & ubi ego sum, illic sit & minister meus. *Antiph:* Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus, qui est in cœlis, dicit Dominus. *Ant:* Volo Pater, ut ubi ego sum, illic sit & minister meus.

*Capit:* Beatus vir, qui suffert, tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet cornam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

### HYMNUS.

Deus tuorum militum  
 Sors, & corona præmium.  
 Laudes canentes Martyris:  
 Absolve nexu criminis.  
 Hic nempe mundi gaudia,  
 Et blanda fraudum pabula,  
 Imbuta felle deputans:  
 Pervenit ad cœlestia.  
 Pænas cucurrit fortiter,  
 Et sustulit viriliter,  
 Fundensq; pro te sanguinem:  
 Æterna dona possidet.  
 Ob hoc precatu supplici,  
 Te poscimus pijsissime,  
 In hoc triumpho Martyris:  
 Dimitte noxam servulis.  
 Laus & perennis gloria,  
 Patri sit atq; Filio:  
 Sancto simul Paraclito:  
 In sempiterna sæcula. Amen.

*ÿ.* Glo-

ŷ. Gloria & honore coronasti eum Domine.

R. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

*Ad Magnif. Antiph:* Iste sanctus pro lege Dei sui certavit usq; ad mortem, & a verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram.

*Pro Martyre & Pontifice, Oratio.*

Infirmi-  
tatem nostram respice Omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis gravat, Beati N. Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum nostrum:

*Alia Oratio.*

Deus, qui nos Beati N. Martyris tui atque Pontificis annua solemnitate lætificas: concede propitius; ut cujus natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum nostrum:

*Pro Martyre tantum. Oratio.*

Præsta quæsumus omnipotens Deus; ut qui Beati N. Martyris tui natalitia colimus, intercessione ejus in tui nominis amore roboremur. Per Dominum nostrum:

*Alia Oratio.*

Præsta quæsumus omnipotens Deus: ut intercedente Beato N. Martyre tuo, & a cunctis adversitatibus liberemur in corpore, & a pravīs cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum nostrum:

*Ad tertiam, Ant.* Qui sequitur me. *Capit:* Beatus vir: *ut sup:* R. *br.* Gloria & honore: Coronasti eum Domine.

Gloria & honore. ŷ. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Coronasti. Gloria Patri. Gloria & honore. ŷ. Posuisti Domine super Caput ejus. R. Coronam de lapide pretioso.

*Ad Sextam, Antiph:* Qui mihi ministrat. *Cap:* Cibavit illum pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potavit illum Dominus Deus noster. R. *br:* Posuisti Domine: super caput ejus. Posuisti. ŷ. Coronam de lapide pretioso. Super: Gloria: Posuisti. ŷ. Magna est gloria ejus in salutari tuo. R. Gloriam & magnum decorem impones super eum.

*Ad Nonam, Antiph:* Volo Pater. *Cap:* Justus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum: & in conspectu altissimi deprecabitur. R. *br:* Magna est gloria ejus; in salutari tuo. Magna. ŷ. Gloriam & magnum decorem impones super eum. In salutari tuo. Gloria. Magna. ŷ. Justus ut palma florebit. R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

*Ad Vesperas, Antiph:* Qui me confessus, *ut in primis Vesp:* Psalm: Dixit Dominus. f. 29. *cum reliqu: de Dominica, & loco ultimi: Psalm:* Credidi, *ut supra.* 35. *Cap:* Beatus vir: *Hymnus:* Deus tuorum. f. 44. ŷ. Justus ut palma florebit. R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

*Ad Magnif. Antiph:* Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

TEMPORĒ PASCHALI.

*Ad Vesperas, Antiph:* Sancti tui Domine, *ut in communi Apost:* *Cap:* Stabunt justi.

*Hymnus pro uno Martyre.* Deus tuorum fol: 44.

*HYMNUS.**Pro pluribus MM.*

**R**ex gloriose Martyrum,  
 Corona confitentium,  
 Qui respuentes terrea:  
 Perducis ad cœlestia.  
 Aurem benignam protinus,  
 Intende nostris vocibus:  
 Trophæa sacra pangimus:  
 Ignosce quod deliquimus.  
 Tu vincis inter Martyres,  
 Parcisque Confessoribus:  
 Tu vince nostra crimina,  
 Largitor indulgentiæ.  
 Deo Patri sit gloria,  
 Et filio qui a mortuis  
 Surrexit, ac Paraclito,  
 In sempiterna sæcula.  
 Amen.

✠. *Ad Magnif. Ant: Ad Tertiam.*  
*Ad Sextam. Ad Nonam. Ad Vesperas.*  
*Antiphonæ, ut in communi Apostolorum.*  
 Psalmi de communi Martyrum, ut in *secundis Vesperis.*

*Hymnus pro uno Martyre. Deustorum. fol: 44.*

*Hymnus pro pluribus MM. Rex gloriose.*

✠. *Et ad Magnif: Antiph: de communi Apostolorum.*



# COMMUNE

Plurimorum Martyrum.

*Ad Vesperas. Antiph: Omnes sancti,*  
 quanta passi sunt tormenta, ut secu-

ri pervenirent ad palmam Martyrij.  
*Psal: Dixit Dominus, fol: 29. cum reliq;*  
*de Domin: & loco ultimi. Psal: Laudate*  
 Dominum omnes gentes. *f. 35. Antiph:*  
 Cum palma ad regna pervenerunt  
 sancti, coronas decoris meruerunt de  
 manu Dei. *Ant: Corpora sanctorum in*  
 pace sepulta sunt: & vivent nomina eo-  
 rum in æternum. *Ant: Martyres Domini*  
 Dominum benedicite in æternum.  
*Ant: Martyrum chorus laudate Domi-*  
 num de cœlis, alleluja.

*Cap: Justorum animæ in manu Dei*  
 sunt, & non tanget illos tormentum  
 mortis. Visi sunt oculis insipientium mo-  
 ri: illi autem sunt in pace.

*HYMNUS.*

**S**anctorum meritis inclita gau-  
 dia,  
 Pangamus focii, gestaque for-  
 tia:  
 Gliscens fert animus promere  
 cantibus.  
 Victorum genus optimum.  
 Hi sunt, quos fatue mundus ab-  
 horruit,  
 Hunc fructu vacuum, floribus ari-  
 dum.  
 Contempserè tui nominis asse-  
 clæ,  
 Jesu Rex bone cœlitum.  
 Hi pro te furias, atq; minas tru-  
 ces.  
 Calcarunt hominum, sævaq; ver-  
 bera:

His



His cessit lacerans fortiter ungu-  
la,

Nec carpsit penetralia.

Cæduntur gladiis more biden-  
tium:

Non murmur resonat, non queri-  
monia:

Sed corde impavido mens bene  
conscia,

Conservat patientiam.

Quæ vox, quæ poterit lingua re-  
texere,

Quæ tu Martyribus munera præ-  
paras?

Rubri nam fluido sanguine fulgi-  
dis,

Cingunt tempora, laureis.

Te summa o Deitas! unaque po-  
scimus;

Ut culpas abigas, noxia subtra-  
has,

Des pacem famulis: ut tibi glo-  
riam

Annorum in feriem canant.

Amen.

ψ. Lætamini in Domino, & exultate  
justi.

℞. Et gloriâmini omnes recti cor-  
de.

*Ad Magnif: Antiph:* Istorum est enim  
regnum cœlorum, qui contempserunt  
vitam mundi, & pervenerunt ad præ-  
mia regni, & laverunt stolas suas in san-  
guine Agni.

*Pro pluribus Martyribus Ponti-  
ficibus, Oratio.*

Beatorum Martyrum, pariterque Pon-

N

tificum N. & N. nos, quæsumus Do-  
mine, festa tueantur; & eorum com-  
mendet Oratio veneranda. Per Do-  
minum nostrum:

*Si non fuerint Pontifices, Oratio.*

Deus, qui nos concedis sanctorum  
Martyrum tuorum N. & N. Nata-  
lita colere; da nobis in Beatitudine de  
eorum societate gaudere. Per Dominum  
nostrum:

*Alia Oratio.*

Deus, qui nos annua Sanctorum Mar-  
tyrum tuorum N. & N. solemnita-  
te lætificas: concede propitius; ut quo-  
rum gaudemus (meritis, accendamus e-  
xemplis. Per Dominum nostrum Je-  
sum Christum:

*Ad Tertiam, Ant:* Cum palma. *Capit:*  
Justorum animæ. ℞. *br:* Lætamini in  
Domino; Et exultate justi. Lætamini.  
Et gloriâmini omnes recti corde. Et  
exultate. Gloria Patri. Lætamini. ψ  
Exultent justi in conspectu Dei. ℞. Et  
delectentur in lætitia.

*Ad Sextam, Ant:* Corpora sanctorum.  
*Cap:* Reddidit Deus mercedem laborum  
sanctorum suorum, & deduxit illos in  
via mirabili: & fuit illis in velamento  
diei, & in luce stellarum nocte. ℞. *br:*  
Exultent justi; in conspectu Dei. Exul-  
tent. ψ. Et delectentur in lætitia. In  
conspectu. Gloria Patri. Exultent. ψ.  
Justi autem in perpetuum vivent. ℞.  
Et apud Dominum est merces eorum.

*Ad Nonam, Ant:* Martyrum chorus:  
*Capit:* Fulgebunt justi, & tamquam  
scintillæ in arundineti discurrent. Ju-  
dicabunt nationes, & dominabuntur po-  
pulis; & regnabit Dominus illorum in per-  
petuum. ℞. *br:* Justi autem: In perpe-  
tuum vivent. Justi. ψ. Et apud Domi-  
num est merces eorum. In perpetuum.  
Gloria Patri: Justi:

ψ. Exul-

℣. Exultabunt Sancti in gloria.

℞. Lætabuntur in cubilibus suis.


*Ad Vesperas, Antiph:* Isti sunt sancti, qui pro testamento Dei, sua corpora tradiderunt, & in sanguine Agni laverunt stolas suas. *Psal:* Dixit Dominus cum sequentibus f. 29. *Ant:* SS. per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. *Ant:* Sanctorum velut aquilæ iuventus renovabitur; florebunt sicut lilium in civitate Domini. *Ant:* Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum: & jam non erit amplius, neq; luctus, neq; clamor, sed nec ullus dolor, quoniam priora transierunt. *Ant:* In celestibus regnis sanctorum habitatio est, & in æternum requies eorum. *Psal:* Credidi, fol: 35.

*Capit: Hymnus, ut in primis Vesper:*

℣. Exultabunt sancti in Gloria.

℞. Lætabuntur in cubilibus suis.

*Ad Magnif: Ant:* Gaudent in coelis animæ sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti: & quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exultant sine fine.



## COMMUNE

### Confessoris Pontif:

*Ad Vesperas Ant:* Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus. *Psal:* Dixit Dominus: fol: 29. cum sequent: *Ant:* Non est inventus similis illi, qui conservaret legem excelsi. *Ant:* Ideo jurejurando

fecit illum Dominus crescere in plebem suam. *Antiph:* Sacerdotes Dei benedicite Dominum; servi Domini, hymnum dicite Deo. Alleluja. *Ant:* Serve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. *Psal:* Laudate Dominum omnes gentes. f. 35.

*Capit:* Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus: & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.

### HYMNUS.

Iste Confessor Domini, colentes,

Quem pie laudant populi per orbem,

Hac die lætus meruit beatas  
Scandere sedes:

*Si non est dies obitus, dicatur.*

Hac die lætus meruit supremos  
Laudis honores.

Qui pius, prudens, humilis, pudicus,

Sobriam duxit sine labe vitam,  
Donec humanos animavit auræ  
Spiritus artus.

Cujus ob præstans meritum frequenter,

Ægra quæ passim jacuere membra,

Viribus morbi domitis, saluti  
Restituuntur.

Noster hinc illi Chorus obsequentem

Con-

Concinit laudem, celebresq; pal-  
mas;

Ut pijs ejus precibus juvemur

Omne per ævum.

Sit salus illi, decus atque vir-  
tus,

Qui super cœli folio coruscans,  
Totius mundi feriem gubernat,

Trinus & unus. Amen.

ψ, Amavit eum Dominus & ornavit  
eum.

℞. Stulam gloriæ induit eum.

*Ad Magnif: Antiph: Sacerdos & Pon-  
tifex, & virtutum opifex, Pastor bone  
in populo, ora pro nobis Dominum.*

*Pro Doctõribus in utrisq; Vesperis.*

*Antiphona.*

**O** Doctor optime! Ecclesiæ sanctæ  
Lumen, Beate N. divinæ legis a-  
mator; deprecare pro nobis Filium Dei.

*Oratio.*

**D**a quæsumus Omnipotens Deus: ut  
Beati N. Confessoris tui atque Pon-  
tificis veneranda solemnitas, & devotio-  
nem nobis augeat & salutem. Per Do-  
minum nostrum:

*Alia Oratio.*

**E**xaudi, quæsumus Domine, preces  
nostras, quas in Beati N. Confesso-  
ris tui atque Pontificis solemnitate de-  
ferimus: & qui tibi digne meruit famu-  
lari, ejus intercedentibus meritis ab om-  
nibus nos absolve peccatis, Per Do-  
minum nostrum: &c.

*Ad Tertiam, Antiph: Non est inven-  
tus, Capit: Ecce sacerdos magnus. ℞.  
br: Amavit eum Dominus; Et ornavit  
eum. Amavit. Stulam gloriæ induit  
eum. Et ornavit. Gloria. Amavit. ψ.  
Elegit eum Dominus sacerdotem sibi.  
℞. Ad sacrificandum ei hostiam lau-  
dis.*

*Ad Sextam, Ant: Ideo jurejurando  
Cap. Non est inventus similis illi, qui  
conservaret legem Excelsi: ideo jureju-  
rando fecit illum Dominus crescere in  
plebem suam. ℞, br: Elegit eum Do-  
minus; Sacerdotem sibi. Elegit. Ad sa-  
crificandum ei hostiam laudis. Sacer-  
dotem: Gloria. Elegit. ψ. Tu es Sacer-  
dos in æternum. ℞. Secundum ordi-  
nem Melchisedech.*

*Ad Nonam. Serve bone.*

*Capit: Fungi sacerdotio, & habere lau-  
dem in nomine ipsius, & offerre illi  
incensum dignum in odorem suavitatis.  
℞. br: Tu es sacerdos; In æternum. Tu  
es. ψ. Secundum ordinem Melchisedech.  
In æternum. Gloria. Tu es. ψ. Justum  
deduxit Dominus per vias rectas. ℞,  
Et ostendit illi regnum Dei.*

*Ad Vesperas, Antiph: Ecce Sacer-  
dos magnus, cum sequent: Psal: Dixit  
Dominus, cum sequent: fol: 29. & loco  
ultimi. Psal: Memento Domine David:  
ut sup: f. 38: Cap: Hymnus, ut supra in  
primis Vesperis.*

ψ. Justum deduxit Dominus per vias  
rectas.

℞. Et ostendit illi regnum Dei.

*Ad Magnif: Antiph: Amavit eum  
Dominus, & ornavit eum, stulam glo-  
riæ induit eum, & ad portas Paradisi  
coronavit eum.*

*Pro summis Pontificibus in utrisq;  
Vesperis.*

*Ant:* Dum esset summus Pontifex, terrena non metuit, sed ad cœlestia regna gloriosus migravit.



## COMMUNE

Confes: non Pontif:

*Ad Vesperas, Antiph:* Domine quinq; talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq; superlucratus sum. *Psal:* Dixit Dominus, cum sequent. f, 29. *Ant.* Euge serve bone, in modico fidelis, intra in gaudium Domini tui. *Ant.* Fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. *Ant.* Beatus ille servus, quem, cum venerit Dominus ejus, & pulsaverit januam, in venerit vigilantem. *Ant.* Serve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. *Psal.* Laudate Dominum omnes Gentes. f. 35. *Cap.* Beatus vir, qui inventus est sine macula: & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecuniæ thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. *Hymnus.* Iste Confessor Domini: *ψ*, ut supra de comm. *Conf. Pontif. fol. 48.*

*Ad Magnif. Ant.* Similabo eum viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram.

*Oratio.*

**D**eus, qui nos Beati N. Confessoris tui annua solemnitate lætificas: concede propitius; ut cujus natalicia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum nostrum Jesum Christum:

*Alia Oratio.*

**A**desto Domine supplicationibus nostris, quas in Beati N. Confessoris tui solemnitate deferimus: ut qui nostræ justitiæ fiduciam non habemus, ejus, qui tibi placuit, precibus adjuvemur. Per Dominum nostrum: &c.

*Si fuerit Abbas: Oratio.*

**I**ntercessio nos, quæsumus Domine, Beati N. Abbatis commender: ut quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum:


*Ad Tertiam, Antiph:* Euge serve bone. *Cap:* Beatus vir: *℞.* *br:* Amavit eum Dominus: & ornavit eum. Amavit. *ψ.* Stulam gloriæ induit eum. Et ornavit. *Gloria.* Amavit eum. *ψ.* Os justi meditabitur sapientiam. *℞.* Et lingua ejus loquetur iudicium.

*Ad Sextam, Ant.* Fidelis servus: *Cap.* Justus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum: & in conspectu Altissimi deprecabitur. *℞.* *br.* Os justi: Meditabitur sapientiam. *Os justi.* *ψ.* Et lingua ejus, loquetur iudicium. *Gloria.* Os justi. *ψ.* Lex Dei ejus in corde ipsius. *℞.* Et non supplantabuntur gressus ejus.

*Ad Nonam, Ant.* Serve bone. *Cap.* Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum: honestavit illum in laboribus, & complevit labores illius. *℞.* *br.* Lex Dei ejus. In corde ipsius. *Lex.* *ψ.* Et non supplantabuntur gressus ejus. In corde  
Glo-

Glo. Lex. *ψ*. Justum deduxit Dominus per vias rectas. *R*. Et ostendit illi regnum Dei.

*Ad Magnif. Ant:* Hic vir despiciens mundum & terrena, triumphans, Divitias cœlo condidit ore, manu.



# COMMUNE

Virginum.

*Ad Vesperas, Ant:* Hæc est Virgo sapiens, & una de numero prudentum.

*Psal:* Dixit Dominus. *fol: 29. Ant:* Hæc est Virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit. *Psal:* Laudate pueri. *fol: 31. Ant:* Hæc est, quæ nescivit torum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum. *Psal:* Lætatus sum. *fol: 39. Ant:* Veni electa mea, & ponam in te thronum meum. Alleluja. *Psal:* Nisi Dominus. *fol: 40. Ant:* Ista est speciosa inter filias Jerusalem. *Psal:* Lauda Jerusalem. *fol: 41.*

*Cap.* Fratres, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat.

## HYMNUS.

Jesu, corona Virginum,  
Quem Mater illa concipit,  
Quæ sola Virgo parturit:  
Hæc vota clemens accipe.  
Qui pergis inter lilia,  
Septus choreis Virginum.  
Sponsus decorus gloria,

Sponsisque reddens præmia.

Quocumque tendis, Virgines

Sequuntur, atq; laudibus

Post te canentes cursitant,

Hymnosque dulces personant.

Te deprecamur supplices,

Nostri ut addas sensibus,

Nescire profus omnia

Corruptionis vulnera.

Virtus, honor, laus, gloria

Deo Patri, cum Filio,

Sancto simul Paraclito,

In sæculorum sæcula.

Amen.

*ψ*. Specie tua, & pulchritudine tua,

*R*. Intende, prospere procede, & regna.

*Ad Magnif. Ant:* Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum.

## Oratio.

Deus, qui inter cætera potentiae tuæ miracula, etiam in sexu fragili victoriam Martyrij contulisti: concede propitius; ut qui Beatæ N. Virginis & Martyris tuæ natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum nostrum: &c.

## Alia Oratio.

Indulgentiam nobis, quæsumus Domine, Beata N. Virgo & Martyr imploret: quæ tibi grata semper extitit & merito castitatis, & tuæ professione virtutis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: &c.

*Pro Virgine non Martyre, Oratio.*

**E**xaudi nos Deus salutaris noster: ut sicut de Beatae N. Virginis tuae festiuitate gaudemus; ita pie devotionis erudiamur affectu. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: &c.

*Ad Tertiam, Antiph:* Hæc est Virgo sapiens. *Cap:* Fratres, Qui gloriatur. *R. br:* Specie tua; Et pulchritudine tua. *Specie.* Intende prospere procede, & regna. Et pulchritudine tua. *Gloria.* Specie tua. *ψ.* Adjuvabit eam Deus vultu suo. *R.* Deus in medio ejus, non commovebitur.

*Ad Sextam Ant:* Hæc est, quæ nesciuit. *Cap:* Æmulor enim vos Dei æmulatione. Despondi enim vos uni viri virginem castam exhibere Christo. *R. br:* Adjuvabit eam; Deus vultu suo. Adjuvabit eam. *ψ.* Deus in medio ejus non commovebitur. Deus vultu. *Gloria.* Adjuvabit. *ψ.* Elegit eam Deus, & præelegit eam. *R.* In tabernaculo suo habitare facit eam.

*Ad Nonam, Ant:* Ista est speciosa. *Cap:* Domine Deus meus, exaltasti super terram habitationem meam, & pro morte defluente deprecata sum. Inuocavi Dominum Patrem Domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore superbiorum sine adiutorio. *R. br:* Elegit eam Deus; Et præelegit eam. *Elegit. ψ.* In tabernaculo suo habitare facit eam. Et præelegit. *Gloria.* Elegit. *ψ.* Diffusa est gratia in labijs tuis. *R.* Propterea benedixit te Deus in æternum.

*Si fuerit Virgo, & non Martyr:*

*Cap:* O quam pulchra est casta generatio cum claritate! immortalis est enim

memoria illius: quoniam apud Deum nota est, & apud homines.

*Ad Vesperas. Antiph: Psalm: Cap. Hymnus, ut in primis Vesperis.*

*ψ.* Diffusa est gratia in labijs tuis.

*R.* Propterea benedixit te Deus in æternum.

*Ad Magnif. Ant:* Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum.

## COMMUNE

### Viduarum.

*Ad Vesperas Ant:* Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suauitatis. *Psal:* Dixit Dominus fol: 29. cum reliquis de Virginitibus.

*Antiph:* In odorem unguentorum tuorum currimus, adolescentulæ dilexerunt te nimis. *Psal:* Laudate pueri. fol: 31.

*Ant:* Jam hiems transit, imber abiit, & recessit; surge amica mea, & veni. *Psal:* Lætatus sum. fol: 39. *Ant.* Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, alleluja. *Psal:* Nisi Dominus. f. 40. *Ant.* Ista est speciosa inter filias Jerusalem. *Psal.* Lauda Jerusalem. f. 41.

*Pro Martyre tantum. Cap:* Confitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te Deum salvatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberaisti corpus meum a perditione.

*Pro nec Virgine, nec Martyre.*  
*Capitulum.* Mulierem fortem quis inveniet? procul & de ultimis finibus pretium ejus: Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit.

## HYMNUS.

**F**ortem virili pectore  
 Laudemus omnes fami-  
 nam,  
 Quæ sanctitatis gloria  
 Ubique fulget inclyta.  
 Hæc sancto amore faucia,  
 Dum mundi amorem noxium  
 Horrescit, ad cœlestia  
 Iter peregit arduum.  
 Carnem domans jejuniis,  
 Dulciq; mentem pabulo  
 Orationis nutriens,  
 Cœli potitur gaudiis.  
 Rex Christe virtus fortium,  
 Qui magna solus efficis,  
 Hujus precatu quæsumus,  
 Audi benignus supplices.  
 Deo Patri sit gloria,  
 Ejusque soli Filio,  
 Cum Spiritu Paraclito.  
 Nunc, & per omne sæculum.  
 Amen.

Ÿ. Specie tua, & pulchritudine tua.

R. Intende, prospere procede, & regna.

*Ad Magnif. Ant:* Simile est regnum cœlorum, homini negotiatori quærenti bonas margaritas: inventa una pre-

tiosa, dedit omnia sua, & comparavit eam.

*Pro una Martyre tantum, Oratio.*

**D**eus. qui inter cætera potentia tuæ miracula, etiam in sexu fragili victoriam Martyrij contulisti: concede propitius; ut qui Beatæ N. Martyris tuæ natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum: &c.

*Pro pluribus Martyribus tantum, Oratio.*

**D**a nobis, quæsumus Domine Deus noster, sanctarum Martyrum N. & N. palmas incessabili devotione venerari: ut quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per Dominum nostrum Jesum Christum: &c.

*Pro nec Virgine nec Martyre, Oratio.*

**E**xaudi nos Deus salutaris noster: ut sicut de Beatæ N. festivitate gaudemus; ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: &c.

*Ad Tertiam, Ant:* In odorem. *Pro M. tantum. Cap:* Confitebor tibi. *Ut supra in Vesperis.*

*Pro nec Virgine nec Martyre.*

*Cap.* Mulierem fortem, *ibidem. R. br.* Specie tua, *ut sup. de Virg. f. 51.*

*Ad Sextam, Ant.* Jam hiems transit. *Pro M. tantum Cap.* Liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui a rugientibus præparatis ad escam, de manibus quærentium animam meam, & de multis tribulationibus, quæ circumdederunt me.

*Pro nec Virg. nec Mart: Cap:* Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit

domui suæ a frigoribus nivis. *R. br.*  
Adjuvabit eam. *ut sup. de Virg: f. 52.*

*Ad Nonam, Ant.* Ista est speciosa.

*Pro Mart. tantum.*

*Cap.* Laudabit usq; ad mortem anima mea Dominum: quoniam eruis sustinentes te, & liberas eos de manu angustiae, Domine Deus noster.

*Pro nec Virg. nec Martyre.*

*Cap.* Multae filiae congregaverunt divitias: tu supergressa es universas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum, ipsa laudabitur.


*R. br.* Elegit eam. *ut supra de Virgine. fol. 52.*

*Ad VESPERAS Antiph. Psalmi,*  
*Cap. Hymn. ut in primis. Vesper.*

ψ. Diffusa est gratia in labiis tuis.

*R.* Propterea benedixit te Deus in æternum.

*Ad Magnif.* Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem, & panem otiosa non comedit.



## COMMEMORATIONES,

Sive Suffragia Sanctorum.

*In feriali Officio, comm: de CRUCE.*

Ad VESPERAS & LAUDES

*Ant.* Per signum Crucis de inimicis nostris, libera nos Deus noster. ψ. Omnis terra adoret te, & psallat tibi. *R.* Psalmum dicat nomini tuo Domine.

ORATIO.

Perpetua nos, quæsumus Domine, pace custodi: quos per lignum sanctæ Crucis redimere dignatus es:

De S. MARIA. *Ad Vesperas, & Laudes. Antiphona:*

Sancta Maria succurre miseris, juva pusillanimes, refove flebiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto sæmineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicumq; celebrant tuam sanctam commemorationem.  
ψ. Ora pro nobis.

Oratio.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine DEUS, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, a præsentis liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

*Vel. ψ.* Post partum Virgo,

Oratio.

Deus qui salutis æternæ, B. Mariæ Virginitate fecunda humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus; ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum:

De APOSTOLIS. *Ad Vesper: Ant.*

Petrus Apostolus & Paulus Doctor Gentium: ipsi nos docuerunt legem tuam Domine.

ψ. Constitues eos principes.

*Ad Laudes Ant.* Gloriosi principes terræ: quomodo in vita sua dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati.

ψ. In omnem terram:

Oratio.

Deus, cujus dextera Beatum Petrum ambulans in fluctibus ne mergetur, erexit: & Co-apostolum ejus Paulum tertio naufragantem, de profundo pelagi liberavit: exaudi nos propitius, & conce-



concede: ut amborum meritis, æternitatis gloriam consequamur.

## De S. FRANCISCO.

*Ad Vesperas, Antiphona.*

Salve S. Pater, patriæ lux, forma Minorum, virtutis speculum: recti via, regula morum: carnis ab exilio duc nos ad regna polorum.

ψ. Ora pro nobis.

*Vel:* Signasti, Domine servum tuum Franciscum.

℞. Signis redemptionis nostræ.

*Ad Laud. Ant.* Sancte Francisce propera, veni Pater, accelera ad populum, qui premitur, & teritur sub onere, palea, luto, latere, & sepulto Ægyptio sub fabulo, nos libera, carnis extincto viro. *Versus ut supra.*

*Oratio.*

Deus qui Ecclesiam tuam Beati Francisci meritis, fetu novæ prolis amplificas: tribue nobis ex ejus imitatione terrena despiciere: & cœlestium donorum semper participatione gaudere.

## De S. DOMINICO.

*Ad Vesperas, Antiphona.*

Hic vir despiciens mundum & terrena, triumphans, Divitias cœlo condidit ore, manu.

ψ. Justum deduxit.

*Ad Laud. Ant.* Euge ferve bone & fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

ψ. Justum deduxit.

*Oratio.*

Deus, qui Ecclesiam tuam Beati Dominici Confessoris tui illuminare dignatus es meritis & doctrinis: concede, ut ejus intercessione, temporalibus non

P

destituatur auxiliis, & spiritualibus semper proficiat incrementis.

## De SANCTIS ORDINIS.

*Ad Vesperas & Laud: Ant:*

Vos Sancti Dei inclyti, qui estis mente lucidi Franciscum imitati, orate ut intrepidi hic simus semper fervidi, & postmodum Beati.

ψ. Æterna fac cum sanctis tuis Domine.

℞. Gloria munerari.

*Oratio.*

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut ad meliorem vitam Sanctorum tuorum Ordinum nostrorum Francisci exempla nos provocent: quatenus quorum memoriam agimus, etiam actus imitemur.

## De P A C E.

*Ad Vesperas & Laudes Ant:*

Da pacem Domine. ψ. Fiat Pax.

*Oratio.*

Deus a quo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Dominum nostrum Jesum Christum: &c.



## Ad COMPLETORIUM

ψ. Jube Domne benedicere. *Bened:* Noctem quietam, & finem perfectum concedat nobis Dominus Omnipotens.

℞. Amen.

Fratres, sobrii estote, & vigilate: quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret:

voret: cui resistite fortes in fide. Tu  
autem Domine, miserere nobis.

R. Deo gratias.

V. Adjutorium nostrum in nomine  
Domini.

R. Qui fecit coelum & terram.

Pater noster:

Confiteor Deo omnipotenti; Beatæ  
Mariæ semper Virgini, B. Michaeli  
Archangelo, B. Joanni Baptistæ, SS.  
Apostolis Petro & Paulo, B. Patri Fran-  
cisco, & omnibus Sanctis, & vobis fra-  
tres, quia peccavi nimis cogitatione,  
verbo & opere: mea culpa, mea culpa,  
mea maxima culpa: Ideo precor B. Ma-  
riam semper Virginem, B. Michaellem  
Archangelum, B. Joannem Baptistam,  
SS. Apostolos Petrum & Paulum, B.  
Patrem Franciscum, & omnes Sanctos,  
& vos fratres, orare pro me ad Domi-  
num Deum nostrum:

Miseratur &c. Indulgentiam &c.

Converte nos, Deus, salutaris no-  
ster.

R. Et averte iram tuam a nobis.

V. Deus in adjutorium &c. Gloria  
Patri:

*Ant: Miserere Tempore Paschali:*

*Antiphona. Alleluja.*

PSALMUS 4.

Cum invocarem, exau-  
divit me Deus justitiæ  
meæ: in tribulatione dila-  
tasti mihi.

Miserere mei: & exaudi  
orationem meam.

Filii hominum usquequo

gravi corde? ut quid dili-  
gitis vanitatem, & quæritis  
mendacium?

Et scitote quoniam mi-  
rificavit Dominus sanctum  
suum: Dominus exaudiet  
me, cum clamavero ad e-  
um.

Iraescimini, & nolite pec-  
care: quæ dicitis in cordibus  
vestris, in cubilibus vestris  
compungimini.

Sacrificate sacrificium  
justitiæ, & sperate in Do-  
mino: multi dicunt: Quis  
ostendit nobis bona?

Signatum est super nos  
lumen vultus tui Domine:  
dedisti lætitiâ in corde  
meo.

A fructu frumenti, vi-  
ni, & olei sui: multiplicati  
sunt.

In pace in idipsum: dor-  
miam, & requiescam.

Quo-

Quoniam tu Domine singulariter in spe: constituisti me. mendo Spiritum meum: redemisti me Domine Deus veritatis.

Gloria Patri:

Gloria Patri:

PSALMUS 30.

PSALMUS 90.

In te Domine speravi, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me.

Qui habitat in adiutorio Altissimi: in protectione Dei cœli commorabitur.

Inclina ad me aurem tuam: accelera, ut eruas me.

Dicet Domino: Susceptor meus es tu, & refugium meum: Deus meus sperabo in eum.

Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii: ut salvum me facias.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium: & a verbo aspero.

Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis.

Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno.

A sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris: ab incursu, & dæmonio meridiano.

In manus tuas com-

P<sub>2</sub>

Cadent

Cadent a latere tuo mil-  
le, & decem millia a dextris  
tuis: ad te autem non ap-  
propinquabit.

Verumtamen oculis tuis  
considerabis: & retributio-  
nem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine  
spes mea: altissimum po-  
suisti refugium tuum.

Non accedet ad te ma-  
lum: & flagellum non ap-  
propinquabit tabernaculo  
tuo.

Quoniam Angelis suis  
mandavit de te: ut custo-  
diant te in omnibus vijs  
tuis.

In manibus portabunt  
te: ne forte offendas ad la-  
pidem pedem tuum.

Super aspidem & basili-  
scum ambulabis: & con-

culcabis leonem, & draco-  
nem.

Quoniam in me speravit,  
liberabo eum: protegam e-  
um, quoniam cognovit no-  
men meum.

Clamabit ad me, & ego  
exaudiam eum: cum ipso  
sum in tribulatione: eripiam  
eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum re-  
plebo eum: & ostendam il-  
li salutare meum.

Gloria Patri:

PSALMUS 133.

**E**cce nunc benedicite Do-  
minum: omnes servi  
Domini.

Qui statis in domo Do-  
mini: in atrijs domus Dei  
nostri.

In noctibus extollite ma-  
nus vestras in sancta: & be-  
nedicite Dominum.

Benedicat te Dominus  
ex

ex Sion, qui fecit cœlum  
& terram.

Gloria Patri:

*Ant:* Miserere mihi Domine, & exaudi orationem meam,  
*Tempore Paschali, Ant:* Alleluja, alleluja, alleluja.

*HYMNUS.*

**T**e lucis ante terminum  
Rerum Creator poscimus;  
Ut pro tua clementia  
Sis præful & custodia.  
Procul recedant somnia,  
Et noctium phantasmata;  
Hostemq; nostrum comprime,  
Ne polluantur corpora.  
Præsta, Pater piissime,  
Patriq; compar Unice,  
Cum Spiritu Paraclito,  
Regnans per omne sæculum.  
Amen.

*Capitulum Jer: 14. c.*

**T**u autem in nobis es Domine, & nomen sanctum tuum invocatum est super nos: ne derelinquas nos Domine Deus noster.

*R.* Deo gratias.

*Resp: breve.* In manus tuas Domine, commendo spiritum meum. In manus.

*ŷ.* Redemisti nos Domine Deus veritatis. Commendo. Gloria Patri. In manus.

*ŷ.* Custodi nos Domine, ut pupillam oculi.

*R.* Sub umbra alarum tuarum protege nos.

*Antiphona.* Salva nos.

*Canticum Simeonis. Luc: 2. c.*

**N**unc dimittis servum  
tuum Domine, secundum  
verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei  
salutare tuum.

Quod paraſti ante faciem  
omnium populorum.

Lumen ad revelationem  
Gentium, & gloriam plebis  
tuæ Israel.

Gloria Patri:

*Antiph:* Salva nos Domine vigilantes, custodi nos dormientes: ut vigilemus cum Christo, & requiescamus in pace.

**K**yrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter:

*ŷ.* Et ne nos inducas in tentationem.

*R.* Sed libera nos a malo. Credo in

Deum: *ſecr:*

*ŷ.* Carnis reſurrectionem.

*R.* Vitam æternam. Amen.

*ŷ.* Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum.

*R.* Et laudabilis, & glorioſus in ſæcula.

*ŷ.* Benedicamus Patrem, & Filium, cum Sancto Spiritu.

*R.* Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

*ŷ.* Benedictus es Domine in firmamento cœli.

*R.* Et laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula.

*ŷ.* Benedicat & custodiat nos omnipotens & miſericors Dominus. *R.* Amen.

Q

*ŷ.* Di-

V. Dignare Domine nocte ista.  
 R. Sine peccato nos custodire.  
 V. Miserere nostri Domine.  
 R. Miserere nostri.  
 V. Fiat misericordia tua Domine super nos.  
 R. Quemadmodum speravimus in te.  
 V. Domine exaudi orationem meam.  
 R. Et clamor meus ad te veniat.  
 V. Dominus vobiscum.  
 R. Et cum spiritu tuo.

## O R A T I O

Vilita, quæsumus Domine, habitationem istam, & omnes insidias inimici ab ea longe repelle; Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant: & benedictio tua sit super nos semper. Per Dominum nostrum:

V. Dominus vobiscum.  
 R. Et cum spiritu tuo.  
 V. Benedicamus Domino.  
 R. Deo gratias.

Benedicat & custodiat nos Omnipotens & misericors Dominus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. R. Amen.

## A N T I P H O N A

**A**lma Redemptoris Mater, quæ  
 pervia cæli,  
 Porta manes, & stella maris, succurre cadenti,  
 Surgere qui curat, populo: tu, quæ genuisti,  
 Natura mirante, tuum sanctum Genitorem,  
 Virgo prius ac prosterius, Gabrielis ab ore,  
 Sumens illud Ave, peccatorum miserere.

V. Angelus Domini nuntiavit Mariæ.  
 R. Et concepit de Spiritu Sancto.

## O R A T I O.

**G**ratiam tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde: ut qui, Angelo nuntiante, Christi Filij tui incarnationem cognovimus; per passionem ejus & Crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum: R. Amen

*A primis Vesperis Nativitatis, & deinceps,*

V. Post partum, Virgo, inviolata permansisti.

R. Dei genitrix intercede pro nobis.

## O R A T I O.

**D**eus, qui salutis æternæ, Beatæ Mariæ Virginitate fœcunda, humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. R. Amen.

## A N T I P H O N A.

**A**ve Regina cælorum,  
 Ave Domina Angelorum:  
 Salve radix, salve porta,  
 Ex qua mundo lux est orta:  
 Gaude Virgo gloriosa,  
 Super omnes speciosa,  
 Vale o valde decora!  
 Et pro nobis Christum exora.

V. Dignare me laudare te, Virgo sacra.

R. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

## O R A T I O.

**C**oncede misericors Deus fragilitati nostræ præsidium: ut qui sanctæ Dei Genitricis memoriam agimus, intercessionis ejus auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

AN-

*ANTIPHONA.*

**R**egina cœli lætare, alleluja.  
Quia quem meruisti portare,  
alleluja.

Resurrexit, sicut dixit, alleluja.  
Ora pro nobis Deum, alleluja.

ŷ. Gaude, & lætare Virgo Maria,  
alleluja.

℞. Quia surrexit Dominus vere, alleluja.

*ORATIO.*

**D**eus, qui per resurrectionem Filii tui Domini nostri JESU Christi mundum lætificare dignatus es: præsta quæsumus, ut per ejus genitricem Virginem Mariam, perpetuæ capiamus gaudia vitæ. Per eundem Christum Dominum nostrum: ℞. Amen.

*ANTIPHONA.*

**S**alve Regina, Mater misericordiæ, vita, dulcedo, & spes nostra salve.

Ad te clamamus exules, filii Evæ.

Ad te suspiramus gementes, & flentes in hac lacrymarum valle.

Eja ergo advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte.

Et JESUM benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende.

O clemens! o pia! o dulcis Virgo Maria.

ŷ. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix.

℞. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

*ORATIO.*

**O**mnipotens, sempiternus Deus, qui gloriosæ Virginis Matris Mariæ corpus & animam, ut dignum Filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu sancto cooperante præparasti: da, ut cujus commemoratione lætamur, ejus pia intercessione ab instantibus malis, & a morte perpetua liberemur. Per eundem Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.

ŷ. Divinum auxilium maneat semper nobiscum. ℞. Amen.

Deinde dicitur secreto. Pater noster: Ave MARIA: & Credo.



**S U F F R A G I A**  
**P O S T**  
**COMPLETORIUM**  
De S. P. N. FRANCISCO.

*Antiphona.*

**C**œlorum candor splenduit, novum sidus emicuit, sacer Franciscus claruit, cui Seraph apparuit, signans

signans eum charactere, in volis, plantis, latere; dum formam Crucis gerere vult corde, ore, opere.

Ÿ. Signasti Domine servum tuum Franciscum.

℞. Signis redemptionis nostræ.

*OREMUS.*

**D**omine Jesu Christe, qui frigescente mundo, ad inflammandum corda nostra tui amoris igne, in carne beatissimi P. N. Francisci passionis tuæ sacra stigmata renovasti: concede propitius; ut ejus meritis & precibus crucem jugiter feramus, & dignos fructus pænitentiae faciamus. Qui vivis & regnas.

DE SS. ORDINIS.

*Antiphona.*

**V**os Sancti Dei inclyti, qui estis mente simplici Franciscum imitati, orate, ut hic fervidi & in futuro lucidi, simus & nos beati.

Ÿ. Orate Sancti omnes de ordine Minorum.

℞. Ut perfruamur gaudiis in aula cœlorum.

*OREMUS.*

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui Ecclesiam tuam variis Sanctorum meritis semper illuminas, protegis, atq; conservas: concede propitius; ut B. Francisci, & sanctorum sequentium eum intercessione, & hic ab omnibus mundetur offensis, & in futuro cœlesti gloria

perfruamur. Per Christum Dominum nostrum Amen.

SUFFRAGIA PRO BENEFACTORIBUS NOSTRIS DICENDA POST COMPLETORIUM, FERIA 2. 4. & 6.

*Psalms.* Deus misereatur nostri &c. *in fine dicitur:* Gloria Patri. &c.

*Psalms.* De profundis &c. *in fine dicitur:* Requiem æternam. &c. Pater noster: *secreto.*

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

Ÿ. Oremus pro benefactoribus nostris.

℞. Retribuere dignare, Domine, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam. Amen.

Ÿ. Oremus pro fidelibus defunctis.

℞. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

Ÿ. Requiescant in pace.

℞. Amen.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam.


℞. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum Spiritu tuo.

*OREMUS.*

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris simul & mortuorum, omniumq; misereris, quos tuos fide, & opere futuros esse prænoscis, te supplices exoramus; ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosq; vel præsens sæculum adhuc retinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit; intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuæ clementia omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Christum Dominum.





1

APPENDIX  
COLLECTARUM ORDINIS MINORUM  
S. PATRIS FRANCISCI

JANUARIUS.

*De SS. Berardo, Petro, Accursio, Adjuto, & Othone Mart:*

ORATIO.

**L**argire nobis quæsumus, Domine, Beatis Martyribus tuis Berardo, Petro, Accursio, Adjuto & Othone intercedentibus, Coelestia semper, & Christum amare, quorum glorioso Martyrio Ordinis Minorum initia consecrasti. Per Eundem Dominum Nostrum JESUM Christum Filium tuum, &c.

*De B. Hyacintha de Mariscotis Virg:*

ORATIO.

Deus, qui B. Hyacintham Virginem tuam jugis mortificationis, & Charitatis victimam effecisti, ejus nobis exemplo, & imitatione concede, ut & peccata nostra plangere, & te semper diligere valeamus, Per Dominum, &c.

*De B. Ludovica Albertina.*

ORATIO.

DEUS, qui B. Ludovicæ inter cæteras egregias dotes, insignem, veriq; singularem erga Christi pauperes charitatis prærogativam misericorditer contulisti: concede nobis famulis tuis ejus suffragantibus meritis, charitatem, qua te super Omnia diligere valeamus. Per Dominum.

*De B. Joanna Valesia Vid:*

ORATIO.

DEUS, qui ad imitandum beatæ Virginis Filii tui Genitricis virtutes, novum per beatam Joannam Sacrarum Virginum cætum institui voluisti, ejus meritis precibusq; concede, ut per eadem gradiamur virtutum exempla. Per eundem Dominum.

FEBRUARIUS.

*De BB. Petro & Sociis Mart: Japon:*

ORATIO.

DEUS, qui primitias Fidei apud Japoniæ Gentes BB. MM. Petri Baptistæ & Sociorum ejus sanguine dedicasti: concede propitius; ut ad tui nominis confessionem, quorum excitamur exemplis, eorum precibus adjuvemur. Per Dominum.

*De B. Antonio de Stronconio Confess:*

ORATIO.

Familiam tuam quæsumus, Domine, B. Antonii Confessoris tui interces-



sione custodi, ut a cunctis adversitatibus ipso intercedente sit libera, & in bonis acribus tuo nomini sit devota. Per Dominum.

*De S. Josepho a Leonissa Conf:*

O R A T I O.

DEUS, Fidelium remunerator Servorum, qui B. Josephum eximium in Evangelica prædicatione operarium effecisti, ejus quæsumus intercessione concede, ut a grato tibi servitio numquam cessemus in terris, & plenam a te mercedem recipiamus in cælis. Per Dominum.

*De S. Margarita de Cortona.*

O R A T I O.

DEUS, qui famulam tuam Margaritam de perditionis via, ad salutis tramitem misericorditer deduxisti; eadem nobis miseratione concede; ut quam prius errantem sectari non erubuimus, mox pænitentem impigre sequi gloriemur. Per Dominum.

M A R T I U S.

*De B. Coleta Virg:*

O R A T I O

Domine JESU Christe, qui Beatam Coletam sponsam tuam innumeris dotibus decorasti: tribue quæsumus; ut quo Spiritu Seraphicam Regulam pristinae puritati restituit, eodem intus reformari mereamur. Qui vivis & regnas, in unitate ejusdem.

*De S. Rosa Virg: Viterb:*

O R A T I O.

DEUS, qui B. Rosam Sanctarum tuarum Virginum collegio aggregare dignatus es: tribue nobis quæsumus, ut ejus precibus & meritis a culpis omnibus expiemur, & tuæ Majestatis consortio perfruamur æterno. Per Dominum.

A P R I L I S.

*De B. Benedicto a S. Philadelpho Conf:*

O R A T I O.

DEUS, qui B. Benedictum Confessorem tuum Cœlestibus donis locupletasti, eumq; in Ecclesia tua signis & virtutibus clarere fecisti: præsta quæsumus, ut ejus meritis & precibus tua beneficia capiamus. Per Dominum.

*De B. Angelo a Clavasse Conf:*

O R A T I O.

DEUS, qui ad expugnandos Ecclesiæ tuæ hostes B. Angelum Confessorem tuum invicta animi fortitudine roborasti; ejus nobis meritis & intercessione concede, ut omnium hostium superatis infidiis perpetua pace lætemur. Per Dominum.

*De B. Fideli a Sigmaringa Mart:*

O R A T I O.

DEUS, qui B. Fidelem, Seraphico Spiritus ardore succensum, in veræ Fidei propagatione Martyrii palma & gloriosis miraculis decorare dignatus es: ejus quæsumus meritis, & intercessione, ita nos per gratiam tuam in fide  
& cha-



ritate confirma, ut in servitio tuo Fideles usq; ad mortem inveniri mereamur.  
Per Dominum.

M A J U S.

*De S. Petro Regalato Conf:*

O R A T I O.

DEUS, qui dilectum famulum tuum Petrum, carne mortificatum, ad delicias gloriæ tuæ assumere dignatus es: concede propitius ut ad delectationes quæ in dextera tua sunt usq; in finem meritis ejus & intercessione pervenire valeamus. Per Dominum.

*De B. Ægidio Conf:*

O R A T I O.

DEUS, qui B. Ægidium Confessorem tuum ad excellæ, contemplationis verticem sublimare dignatus es: ipsius intercessione concede, ut actionibus nostris in te semper intenti, pacem quæ exsuperat omnem sensum, consequamur. Per Dominum.

*De S. Ivone Confes:*

O R A T I O.

DEUS, qui Beatum Ivonem Confessorem tuum piis operibus, signis, & virtutibus in Ecclesia tua clarere fecisti, præsta quæsumus; ut ejus meritis & precibus tua beneficia capiamus. Per Dominum.

*De S. Bernardino Senen: Conf:*

O R A T I O.

Domine JESU, qui Beato Bernardino Confessori tuo eximium Sancti nominis tui amorem tribuisti: ejus quæsumus, meritis & intercessione, Spiritum nobis tuæ dilectionis benignus infunde. Qui vivis, in unitate ejusdem.

*De S. Felice Capuc: Conf:*

O R A T I O.

Fac nos, Domine JESU, in simplicitate, & innocentia Cordis nostri ambulare: quarum amore de Sinu Matris inter Beati Felicis Confessoris tui brachia descendisti. Qui vivis & regnas.

*De B. Humiliana de Cerhiis Vids*

O R A T I O.

Omnipotens sempiterne Deus, dulcedo cordium & præmium Beatorum, qui beatam Humilianam tuo amore succensam. suavissima contemplationis dulcedine replevisti: concede propitius; ut ejus meritis, & imitatione tibi jugiter adhærentes, tuæ celsitudinis speciem contemplari perpetuo mereamur. Per Dominum.

*De S. Joanne de Prado Mart:*

O R A T I O

DEUS, qui contra Mahumetanam pravitatem B. Joannem Verbi tui præconem eximium effecisti: Concede, ut sicut ipse pro tuæ Fidei dilatatione Martyrii palmam meruit obtinere, sic ejus intercessione Fidei nostræ præmia consequi mereamur. Per Dominum.



## J U N I U S.

*De B. Andrea de Hyspello Conf:*

## O R A T I O.

Clementissime Deus, qui Beati Andreae Confessoris tui meritis, & intercessione, aeris serenitatem & pluviam poscentibus tribuisti congruentem; mentes nostras imbre tuæ gratiæ perfunde, ut sordibus peccatorum absteris, perpetua vultus tui hilaritate perfrui mereamur. Per Dominum nostrum.

*De Translatione S. Elzearii Conf:*

## O R A T I O.

DEUS, qui B. Elzearium Confessorem tuum, inter cætera virtutum insignia Virginali pudicitia in conjugio decorasti: concede propitius; ut cujus Translationem celebriter veneramur in terris, ejus beata confortia feliciter consequamur in cœlis. Per Dominum.

*De B. Michelina de Pisaro. Vid.*

## O R A T I O.

DEUS, qui beatam Michelinam a terrenis solutam affectibus ad amorem tuum dispositione admirabili transtulisti: tribue nobis, quæsumus, ut ejus meritis & imitatione a noxiis cupiditatibus expediti, quæ tibi sunt placita, liberis mentibus exequamur. Per Dominum.

*De S. Juliana de Falconeriis Vir:*

## O R A T I O.

DEUS, qui B. Julianam Virginem tuam extremo morbo laborantem pretioso Filii tui corpore mirabiliter recreare dignatus es: Concede quæsumus; ut ejus intercedentibus meritis, nos quoq; eodem in mortis agone refecti, ac roborati, ad cœlestem patriam perducamur. Per Eundem Dominum.

## J U L I U S.

*De S. Elisabeth Vid:*

## O R A T I O.

Clementissime Deus, qui B. Elisabeth Reginam, inter cæteras egregias dotes, bellici furoris sedandi prærogativa decorasti: da nobis ejus intercessione, post mortalis vitæ, quam suppliciter petimus, pacem, ad æterna gaudia pervenire. Per Dominum &c.

*De BB. Martyribus Gorgomiensibus.*

## O R A T I O.

DEUS, qui Beatorum Martyrum tuorum, Nicolai & Sociorum ejus, gloriosum pro fide tua certamen æternitatis laurea decorasti: Concede propitius; ut eorum meritis, & imitatione certantes in terris, cum ipsis coronari mereamur in Cœlis. Per Dominum, &c.

*De S. Bonaventura Epis: & Conf: atq; Ecl: Doct:*

## O R A T I O.

DEUS, qui Ecclesiæ tuæ B. Bonaventuram Confessorem tuum, atq; Pontificem Doctorem mirabilem tribuisti: concede propitius; ut apud te hunc pium semper intercessorem habere mereamur. Per Dominum, &c.

*De B. Symone de Lipnica.*

O R A T I O.

Omnipotens sempiterne Deus, qui B. Symonem Confessorem tuum Evangelicæ prædicationis gratia sublimasti; concede propitius: ut ejus doctrinæ pabulo nutriti, quæ tibi sunt placita exequentes, per semitas justitiæ ad Cœlestem Patriam feliciter pervenire valeamus. Per Dominum, &c.

*De B. Joanne de Dukla.*

O R A T I O.

DEUS, qui B. Joannem Confessorem tuum eximiæ humilitatis, & patientiæ donis decorasti: Concede propitius; ut ejusdem imitantes exempla, consequamur & præmia. Per Dominum, &c.

*De S. Francisco Solano Confess:*

O R A T I O.

DEUS, qui plurimas Americæ gentes per B. Franciscum ad sinum Ecclesiæ perduxisti, ejus meritis, & precibus indignationem tuam a peccatis nostris averte, & in gentes, quæ te non cognoverunt, timorem nominis tui benignus immitte. Per Dominum, &c.

*De B. Cunegunda Virg:*

O R A T I O.

DEUS, qui B. Cunegundam dulcedinis tuæ benedictionibus prævenisti, ac Virginem etiam in conjugio conservasti: Præsta quæsumus; ut ipsa intercedente, per vitæ puritatem tibi jugiter adhærere, & per ejus vestigia gradientes, ad te pervenire feliciter mereamur. Per Dominum, &c.

A U G U S T U S.

*De S. Clara Instit: Clarissarum.*

O R A T I O.

Famulos tuos, quæsumus Domine, B. Virginis tuæ Claræ votiva natalitia recensentes, Cœlestium gaudiorum sua facias interventione participes, & tui Unigeniti cohæredes, Qui tecum &c.

*De S. Camillo de Lellis.*

O R A T I O.

DEUS, qui S. Camillum ad animarum extremo agone luctantium subsidium singulari Charitatis prærogativa decorasti: ejus, quæsumus, meritis, Spiritum nobis tuæ dilectionis infunde; ut in hora exitus nostri hostem vincere, & ad Cœlestem mereamur coronam pervenire. Per Dominum, &c.

*De S. Rocho Confessore.*

O R A T I O.

DEUS, qui B. Rocho per Angelum tuum tabulam eidem efferentem promifisti, ut qui ipsum invocaverit, a nullo pestis cruciatu læderetur. præsta quæsumus; ut qui ejus solemnia celebramus, ipsius meritis, & precibus a mortifera peste Corporis & animæ liberemur. Per Dominum,

*De S. Ludovico Episc: & Confess:*

O R A T I O.



DEUS, qui Ecclesiam tuam dispositione mirabili novis semper illustras Sanctorum splendoribus, tribue quæsumus, ut qui B. Ludovici Confessoris tui, atque Pontificis Solemnis gratulamur, ad ejus consortium feliciter perducamur. Per Dominum. &c.

*De S. Ludovico Reg: Franc: Confess:*

O R A T I O.

DEUS, qui B. Ludovicum Confessorem tuum de terreno Regno ad Cœlestis regni gloriam transtulisti: ejus; quæsumus meritis & intercessione, Regis regum Jesu Christi Filii tui facias nos esse consortes Qui tecum vivit, &c.

*De S. Josepho Calasantio*

O R A T I O.

DEUS, qui per S. Josephum Confessorem tuum ad erudiendam Spiritu intelligentiæ, ac pietatis Juventutem, novum Ecclesiæ tuæ subsidium providere dignatus es, præsta quæsumus; nos ejus exemplo, & intercessione ita facere, & docere, ut præmia consequamur æterna. Per Dominum nostrum, &c.

S E P T E M B E R.

*De Transl: S. Rosæ Viterb: Virg:*

O R A T I O.

DEUS, qui B. Rosam Sanctarum tuarum Virginum Collegio aggregare dignatus es; tribue nobis quæsumus, ut ejus precibus, & meritis a culpis omnibus expiemur, & tuæ maiestatis consortio perfruamur æterno. Per Dominum.

*De B. Seraphina Sfortia Vid:*

O R A T I O.

DEUS, qui per B. Saraphinam eximium nobis patientiæ exemplum tribuisti: præsta supplicibus tuis, ut & ipsius instruamur exemplis, & ab omnibus ejus patrocinio liberemur adversis. Per Dominum. &c.

*De S. Hieronymo Emiliano.*

O R A T I O.

DEUS misericordiarum Pater per merita & intercessionem B. Hieronymi, quem orphanis adiutorem, & Patrem esse voluisti, concede, ut Spiritum adoptionis, quo filii tui nominamur & sumus, fideliter custodiamus. Per Dominum.

*De S. Johanna Francisca Fremiot de Chantal: Vid:*

O R A T I O.

Omnipotens & misericors Deus, qui B. Johannam Franciscam tuo amore succensam, admirabili Spiritus fortitudine per omnes vitæ semitas in via perfectionis donasti, quique per illam illustrare Ecclesiam tuam nova prole voluisti, ejus meritis & precibus concede, ut qui infirmitatis nostræ conscii de tua virtute confidimus Cœlestis gratiæ auxilio cuncta nobis adversantia vincamus. Per Dominum, &c.

*De Impressione Sacrorum Stigmatum B. N. P. Francisci.*

O R A T I O.

Domine JESU Christe qui frigescente mundo, ad inflammandum corda nostra tui amoris igne, in carne Beatissimi Patris nostri Francisci passionis tuæ Sacra stigmata renovasti, concede propitius; ut ejus meritis & precibus Crucem jugiter feramus, & dignos fructus pœnitentiæ faciamus. Qui vivis & regnas, &c.

*De*

*De B. Josepho a Cupertino Confess:*

ORATIO

DEUS, qui ad unigenitum Filium tuum exaltatum a terra omnia trahere disposuisti: perface propitius: ut meritis & exemplis Seraphici Confessoris tui Josephi supra terrenas omnes cupiditates elevati ad eum pervenire mereamur. Qui tecum, &c.

*De B. Elzeario Confessore.*

ORATIO.

DEUS, qui B. Elzearium Confessorem tuum inter cætera virtutum insignia, virginali pudicitia in conjugio decorasti: concede propitius; ut cujus Sacra Solemnia celebriter veneramur in terris, ejus beata consortia feliciter consequamur in Coelis. Per Dominum, &c.

OCTOBER.

*De S. P. N. Francisco Conf: Fund: Trium Ord:*

ORATIO.

DEUS, qui Ecclesiam tuam B. P. N. Francisci meritis fætu novæ prolis amplificas, tribue nobis ex ejus imitatione terrena despiciere, & Cælestium donorum semper participatione gaudere. Per Dominum, &c.

*De S. Seraphino de Monte Granario.*

ORATIO.

DEUS, qui in corde B. Seraphini amoris tui flammam excitasti, ejus quæsumus nobis intercessione concede, ut illius vestigia sectantes, iisdem ardoribus accendamus. Per Dominum, &c.

*De S. Daniele & Sociis Martyr:*

ORATIO.

Fraterna nos Domine, Martyrum tuorum Corona lætificet; quæ & fidei nostræ præbeat incrementa virtutum. & multiplices nos Suffragio consoletur. Per Dominum, &c.

*De S. Petro de Alcant: Confess:*

ORATIO.

DEUS, qui B. Petrum Confessorem tuum admirabilis pænitentiae, & altissimæ contemplationis munere illustrare dignatus es; concede propitius: ut ejus suffragantibus meritis, carne mortificati, Cælestium donorum participes fieri mereamur. Per Dominum, &c.

*De S. Joanne Cantio Confessore.*

ORATIO

Da, quæsumus, omnipotens & misericors Deus, ut B. Joannis Confessoris tui exemplo, misericordiam aliis exhibentes, meritis ejus apud te misericordiam consequamur. Per Dominum, &c.

*De S. Ladislao de Gielnow Confess:*

ORATIO.

DEUS, qui B. Ladislaum Religiosa perfectione voluisti omnibus præluere; concede propitius: ut ejus exemplo in virtutibus jugiter proficiamus. Per Dominum, &c.



*De S. Joanne a Capistrano Confess:*

O R A T I O.

DEUS, qui Ecclesiam tuam B. Joannis a Capistrano meritis & doctrinis mirabiliter sublimasti, & per eum de perfidis tyrannis in virtute Sanctissimi nominis JESU fideles tuos triumphare fecisti, præsta quæsumus; ut de inimicis nostris prævalentes in terris, præmiari cum ipso mereamur in Cœlis. Per Dominum, &c.

*De Transl: S. Ivonis Confessoris.*

O R A T I O.

DEUS, qui B. Ivonem Confessorem tuum innumeris decorasti miraculis, te suppliciter deprecamur: ut qui hodierna die ejus elevationem & Translationem celebramus, ipsius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum, &c.

N O V E M B E R.

*De S. Didaco Confessore.*

O R A T I O.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dispositione mirabili infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas; concede propitius humilitati nostræ; ut piis B. Didaci Confessoris tui precibus ad perennem in Cœlis gloriam sublimari mereamur. Per Dominum, &c.

*De B. Salomæa Virgine.*

O R A T I O.

DEUS, qui in B. Salomæa terreni regni contemptum cum virginitatis candore in connubio sociasti; concede nobis quæsumus: ut ejus exemplo tibi casto & humili corde servientes immarcescibilem coronam gloriæ in cœlis consequi mereamur. Per Dominum, &c.

*De S. Elisabeth.*

O R A T I O.

Tuorum corda Fidelium, Deus miserator, illustra: & B. Elisabeth precibus gloriosis fac nos prospera mundi despiciere, & Cœlesti semper consolatione gaudere. Per Dominum, &c.

*De S. Delphina Virg:*

O R A T I O.

DEUS, qui B. Delphinam famulam tuam inter cætera virtutum insignia, Virginali pudicitia in Conjugio decorasti; concede propitius, ut cujus Sacra Solemnia veneramur in terris, ejus beata confortia feliciter consequamur in Cœlis. Per Dominum, &c.

*In Festo Omnium SS. Trium Ord:*

O R A T I O.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Ecclesiam tuam variis Sanctorum Splendoribus semper illustras, protegis, atque conservas: concede propitius, ut B. Francisci, & Sanctorum Filiorum ejus, quorum omnium merita nos sub una tribuisti celebritate venerari, precibus, & hic ab omnibus mundemur offensis, & in futuro gloria perfruamur æterna. Per Dominum nostrum. &c.



*De S. Jacobo de Marchia.*

ORATIO.

DEUS, qui ad animarum salutem, & peccatores e vitiorum cœno ad viam virtutis revocandos, B. Jacobum Confessorem tuum Evangelii præconem eximium effecisti: concede propitius; ut ejus intercessione a peccatis omnibus expiati, vitam consequamur æternam. Per Dominum, &c.

DECEMBER.

*De B. Gabriele Ferreto Conf.*

ORATIO.

DEUS, qui a Sede Majestatis tuæ humilia benignus respicis & alta longe cognoscis, concede famulis tuis, ut B. Gabrielis Confessoris tui meritis, & exemplis, mundi vanitatem, ac sæculi desideria abnegantes, promissa humilibus præmia consequi mereamur. Per Dominum, &c.

*In Commemoratione OO. SS. Apostolorum.*

ORATIO.

DEUS, qui nos per Beatos Apostolos tuos, ad agnitionem tui nominis venire tribuisti, da nobis eorum gloriam sempiternam, & proficiendo celebrare, & celebrando proficere. Per Dominum, &c.

*In Commemoratione OO. SS. Martyrum.*

ORATIO.

DEUS, qui nos Annua Omnium Sanctorum Martyrum tuorum commemoratione lætificas, concede propitius, ut quorum gaudemus meritis, accendamus exemplis. Per Dominum, &c.



  
**O R A T I O N E S**  
**GRATIARUM ACTORIÆ**  
**POST MENSAM**

**K**yríe eleyson, Chríste eleyson, Kyríe eleyson. Pater Noster. *Secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

℣. Disperfit dedit pauperibus.

℞. Justitia ejus manet in sæculum sæculi.

℣. Benedicam Dominum in omni tempore.

℞. Semper Laus ejus in ore meo.

℣. In Domino laudabitur anima mea.

℞. Audiant mansueti & lætentur.

℣. Magnificate Dominum mecum.

℞. Et exaltemus nomen ejus in id ipsum.

℣. Sit Nomen Domini Benedíctum.

℞. Ex hoc nunc & usque in sæculum.

Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam, ℞. Amen.

℣. Benedicamus Domino.

℞. DEO gratias.

*Quando cantandum est Responsorium B. V. M. Sancta & Immaculata Virginitas; non ab Hebdomadario, sed a Cantoribus canendum Benedicamus.*

℣. In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti.

℞. Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperisti.

*Vel si placet.*

℣. Per tuam Sanctam & Immaculatam Conceptionem Dei genitrix Virgo.

℞. Defende nos ab hoste maligno.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum Spiritu tuo.

**O R E M U S.**

DEUS, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti, quæsumus, ut qui ex morte ejusdem filii tui prævisa, eam ab omni labe præservasti, nos quoque mundos ejus intercessione ad te pervenire concedas. Per eundem Dominum Nostrum JESUM Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum.

℞. Amen.

*In Festis autem 2dæ Classis dicitur sola præcedens oratio, abbreviata conclusione. Per eundem Christum Dominum Nostrum, Amen.*

*ORATIONES de B. M. V. Ad Libitum.*

℣. Ora pro nobis Sancta DEI Genitrix.

℞. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

**O R E M U S.**

Famulorum tuorum quæsumus Domine delictis ignosce, ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus, Genitricis Filii tui Domini nostri intercessione salvemur. Per eundem Christum Dominum nostrum. ℞. Amen

*Vel.*



*Vel.*

Ÿ. Dignare me laudare te Virgo sacrata.

℞. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

O R E M U S.

Defende, quæsumus, Domine B. M. semper Virgine intercedente, istam ab omni adversitate familiam, & toto corde tibi prostratam, ab hostium propitius tuere clementer insidiis.

*Vel.*

Ÿ. Diffusa est Gratia in labiis tuis.

℞. Propterea benedixit te DEUS in æternum.

O R E M U S.

Concede misericors DEUS fragilitati nostræ præsidium, ut qui Sanctæ DEI Genitricis memoriam agimus, intercessionis ejus auxilio, a nostris iniquitatibus resurgamus.

*Infra Octavas Omnium SS. Vel in Festis Patronorum.*

Ÿ. Exultabunt Sancti in gloria.

℞. Lætabuntur, in cubilibus suis.

O R E M U S.

Concede quæsumus Omnipotens DEUS, ut intercessio Sanctæ DEI Genitricis MARIÆ, Sanctorumque omnium; Apostolorum, Martyrum, Confessorum atque Virginum & omnium Electorum tuorum; nosq; lætificet, ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus.

*Singulis sextis Feriis, canendum: JESUS Nazaræus Rex &c.*

Ÿ. Sit Nomen Domini benedictum.

℞. Ex hoc, nunc, & usq; in sæculum.

O R E M U S.

DEUS, qui unigenitum Filium tuum, constituisti humani Generis Salvatorem, & JESUM vocari iussisti, concede propitius, ut cuius Sanctum Nomen veneramur in terris, ejus quoq; aspectu perfruamur in Cœlis. Per eundem Dominum &c.

*Vel.*

Ÿ. Adjuva nos DEUS salutaris noster.

℞. Et propter honorem Nominis tui libera nos.

O R E M U S.

Omnipotens, sempiternæ DEUS, dirige actus nostros in beneplacito tuo, ut in Nomine dilecti Filii tui, mereamur bonis operibus abundare.

*Vel.*

Ÿ. Adoramus te Christe & benedicimus tibi.

℞. Quia per Crucem tuam redemisti mundum.

O R E M U S.

DEUS, qui unigeniti Filii tui pretioso Sanguine, vivificæ crucis vexillum sanctificare voluisti, concede quæsumus, eos, qui ejusdem S. Crucis honore gaudent, tua quoq; ubique protectione gaudere. Per Eundem Dominum &c.

*Vel.*

Ÿ. Exurgat DEUS & dissipentur inimici ejus.

℞. Et fugiant, qui oderunt Eum a facie ejus.

O R E M U S.

DEUS, qui conteris bella, & impugnatores in te sperantium potentia tuæ defensionis expungas, auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiam tuam, ut inimicorum suorum feritate depræssa, incessabili te gratiarum actione laudemus.

*In Quadragesima dum canitur singulis sextis Feriis.*

Tibi Laus &c.

Ÿ. Proprio Filio suo non pepercit.



R. Sed pro nobis omnibus tradidit illum.

O R E M U S

Domine JESU Christe, qui de Coelis ad terram de sinu Patris descendisti, & Sanguinem tuum pretiosum, in remissionem peccatorum nostrorum fudisti, te humiliter deprecamur, ut in die Judicii ad dexteram tuam audire mereamur: venite Benedicti. Qui vivis & regnas &c.

*Quando canitur Stella Coeli &c.*

Ÿ. Ora pro nobis Sancta DEI Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

O R E M U S.

Deus misericordiae, Deus pietatis, Deus Indulgentiae, qui misertus es super afflictionem populi tui, & dixisti Angelo percutienti populum, contine manum tuam: ob amorem illius stellae gloriosae, cuius ubera pretiosa, contra venenum nostrorum delictorum quam dulciter suxisti, praesta auxilium gratiae tuae, ut ab omni peste & improvisa morte secure liberemur, & a totius perditionis incurso misericorditer salvemur Per te JESU Christe Rex Gloriam, qui vivis & regnas &c.

*Dum canitur: O Adoranda Trinitas.*

Ÿ. Benedicamus Patrem & Filium cum Sancto Spiritu.

R. Laudemus & super-exaltemus eum in saecula.

O R E M U S

Omnipotens, sempiterna DEUS, qui dedisti famulis tuis in confessione verae Fidei aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia Majestatis adorare unitatem: quaesumus, ut ejusdem Fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis. Per Dominum nostrum &c.

*Pro Gratiarum actione.*

Ÿ. Benedictus es Domine in firmamento Coeli

R. Et Laudabilis & gloriosus & super-exaltatus in saecula.

O R E M U S.

DEUS cujus Misericordiae non est numerus, & bonitatis infinitae thesaurus; piissimae Majestati tuae, pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes, ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad praemia futura disponas. Per Dominum Nostrum JESUM Christum &c.

*Dum canitur de S. P. N. Francisco*

*Antiph: Salve Sancte Pater.*

Ÿ. Ora pro nobis Beate Pater Francisce.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

O R E M U S.

DEUS, qui Ecclesiam tuam Beati Patris Nostri Francisci, meritis; faetu novae prolis amplificas, tribue nobis ex ejus imitatione terrena despiciere & Coelestium donorum semper participatione gaudere.

*Dum canitur Responsorium de S. Antonio.*

*Si quaeris Miracula.*

Ÿ. Ora pro nobis Beate Antoni.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

O R E M U S.

Ecclesiam tuam DEUS Beati Antonii Confessoris tui deprecatio votiva laetificet, ut spiritualibus semper muniatur auxiliis, & gaudiis perfrui mereatur aeternis.

*Dum canitur de SS. Joanne & Paulo.*

*Isti sunt duae Olivae.*

Ÿ. Exultabunt Sancti in gloria,

R. Laetabuntur in cubilibus suis.



## O R E M U S.

Quæsumus Omnipotens DEUS, ut nos geminata lætitia, hodiernæ commemorationis excipiat, quæ de Beatorum Joannis & Pauli glorificatione procedit, quos eadem Fides & Passio vere fecit esse germanos.

*Ad petendam pluviam: Domine Rex &c.*

℣. Dominus dabit benignitatem.

℞. Et terra nostra, dabit fructum suum.

## O R E M U S.

DEUS in quo vivimus, movemur & sumus, pluviam nobis tribue congruentem, ut præsentibus subsidiis sufficienter adjuti, sempiterna fiducialius appetamus.

*Ad postulandam serenitatem Antiph: & ℣. ut supra.*

## O R E M U S.

Ad te nos Domine clamantes exaudi, & aeris serenitatem tribue supplican-  
tibus, ut qui juste pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua præveniente,  
clementiam sentiamus.

*Tempore Belli*

℣. Elto nobis Domine turris fortitudinis.

℞. A facie inimici

## O R E M U S.

DEUS Regnorum omnium Regumq; Dominator, qui nos & percutiendo  
fanas, & ignoscendo conservas, prætende nobis misericordiam tuam, ut tran-  
quillitate pacis, tua potestate servata, ad remedia correctionis utamur.

*Vel.*

℣. Exurgat Deus & dissipentur Inimici ejus.

℞. Et fugiant qui oderunt eum a facie ejus.

*Vel.*

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℞. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

## O R E M U S.

Omnipotens, & misericors DEUS, bellorum nos quæsumus turbine fac qui-  
etos, quia nobis bona cuncta præstabis, si pacem dederis, mentis & corporis.

*Contra persecutores Ecclesie*

Ecclesie tuæ quæsumus Domine preces placatus admitte, ut destructis  
adversitatibus & erroribus universis. secura tibi ferviat libertate

*Contra hostes & male agentes.*

Hostium nostrorum quæsumus Domine, elide superbiam, & eorum con-  
tumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne.

*Pro pace obtinenda.*

℣. Fiat pax in virtute tua.

℞. Et abundantia in turribus tuis.

## O R E M U S

DEUS, a quo sancta desideria, recta consilia & justa sunt opera, da ser-  
vis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem, ut & corda nostra man-  
datis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione  
tranquilla.

*Pro felici successu.*

℣. Salvos fac servos tuos.

℞. DEUS meus sperantes in te.

## O R E M U S.

Da quæsumus Domine salutem mentis & corporis, ut bonis operibus  
inhærendo, tuæ semper virtutis mereamur protectione defendi.

*Pro liberatione a periculis.*



Concede quæsumus omnipotens DEUS, ut qui Protectionis tuæ gratiam quærimus, liberati a malis omnibus, secura tibi mente ferviamus.

*De S. Bernardino.*

Ÿ. Implora nobis gratiam, Beate Bernardine.

℞. Et fontis abundantiam pietatis Divinæ.

O R E M U S.

Domine JESU, qui Beato Bernardino Confessori tuo, eximium Sancti Nominis tui amorem tribuisti: ejus quæsumus meritis & intercessione, Spiritum nobis tuæ dilectionis benignus infunde. Qui vivis & regnas &c.

*De S. Casimiro.*

DEUS, qui inter regales delicias, & mundi illecebras Sanctum Casimirum virtute constantiæ roborasti, quæsumus, ut ejus intercessione Fideles tui terrena despiciant, & ad Cœlestia semper aspirent.

*De Stigmatibus S. P. N. Francisci.*

Domine JESU Christe, qui frigescente mundo, ad inflammandum corda nostra, tui amoris igne, in carne beatissimi Patris nostri Francisci Passionis tuæ Sacra Stigmata renovasti, concede propitius; ut ejus meritis & precibus Crucem jugiter feramus, & dignos fructus pœnitentiæ faciamus.

*De S. Rocho contra pestem.*

DEUS, qui es gloriosus in gloria Sanctorum, qui cunctis ad eorum patrocinia fugientibus, suæ petitionis, salutarem præstas effectum, concede plebi tuæ, ut intercedente Beato Rocho, quæ in ejus commemoratione se devotam exhibet, a languore Epidemiæ, quem in suo corpore, pro tui Nominis gloria passus est, sit libera, & tuo Nomini semper sit devota.

*De SSmo Sacramento.*

DEUS, qui nobis sub Sacramento mirabili, Passionis tuæ memoriam reliquisti, tribue quæsumus, ita nos corporis & Sanguinis tui Sacra Myſteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus.

*De Spiritu Sancto.*

DEUS, qui corda Fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis: in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere.

*Alia.*

Adsit nobis quæsumus Domine virtus Spiritus Sancti, quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adversis.

*Alia.*

Mentes nostras quæsumus Domine Paraclitus, qui a te procedit, illuminet & inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius veritatem.

*Oratio Tertia post prandium, cum non occurrit.*

*1mæ vel 2dæ Classis.*

DEUS, qui post Baptismi Sacramentum, secundam ablutionem peccatorum eleemosynis indidisti, respice propitius: super famulos tuos, Benefactores nostros, pro quorum operibus tibi gratiæ referuntur, fac eos præmio beatos, ut recipiant: pro parvis magna, pro terrenis Cœlestia, pro temporalibus sempiterna. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

*De SS. Angelis.*

DEUS, qui miro Ordine Angelorum ministeria hominumq; dispensas, concede propitius, ut a quibus tibi ministrantibus in Cœlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur.

*Pro Papa.*

DEUS oranium fidelium pastor & rector: famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei quæsumus, verbo & exem-



& exemplo, quibus præest proficere, ut ad vitam una cum grege sibi credito perveniat sempiternam.

*Pro Imperatore.*

DEUS regnorum omnium, & Christiani maxime protector Imperii: da servo tuo Imperatori nostro N. triumphum virtutis tuæ scienter excolere: ut qui tua institutione est princeps, tuo sit semper munere potens.

*Pro Rege.*

Quæsumus Omnipotens Deus, ut famulus tuus N Rex noster, qui tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa; quibus decenter ornatus, & vitiorum monstra devitare, & ad te, qui via, veritas & vita es, gratiofus valeat pervenire.

*Pro omni gradu Ecclesiastico.*

Omnipotens, Sempiternæ Deus, cuius Spiritu totum corpus Ecclesiæ sanctificatur & regitur: exaudi nos pro universis ordinibus supplicantes: ut gratiæ tuæ munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter serviat.

*Pro Prælati & Congregatione loci.*

Omnipotens, Sempiternæ Deus, qui facis mirabilia magna solus, prætende super famulos tuos, & super congregationes illis commissas, Spiritum gratiæ salutaris: & ut in veritate tibi complacent, perpetuum eis rorem tuæ benedictionis infunde.

*Pro Perseverantia in statu perfectionis.*

DEUS, qui nos a sæculi vanitate conversos ad bravium supernæ vocationis accendis; gratiam nobis, qua in te perseveremus, infunde, ut protectionis tuæ muniti præliis, quod te donante promissimus, impleamus, ut nostræ professionis executores effecti, ad ea, quæ perseverantibus in te promittere dignatus es, pertingamus.

*Pro Concordia.*

DEUS, largitor pacis, & amator charitatis: da famulis tuis veram cum tua voluntate concordiam: ut ab omnibus, quæ nos pulsant, tentationibus liberemur.

*Pro petenda Ecclesiæ pace.*

DEUS refugium nostrum & virtus: adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus auctor ipse pietatis & præsta: ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur.

*Pro quacumq; tribulatione.*

Ne despicias omnipotens DEUS populum tuum in afflictione clamantem; sed propter gloriam nominis tui tribulatis succurre placatus.

*Pro tempore famis.*

Da quæsumus Domine piæ supplicationis effectum & famem propitiatus averte: ut mortalium corda cognoscant, & te indignante talia flagella prodire, & te miserante cessare.

*Pro animalibus.*

DEUS, qui laboribus hominum etiam de mutis animalibus solatia subrogasti, supplices te rogamus: ut sine quibus non alitur humana conditio, facias usibus non perire.

*Pro salute vivorum.*

Prætende Domine, Fidelibus tuis dexteram cœlestis auxilii: ut te toto corde perquirant, & quæ digne postulant, consequi mereantur.

*Pro amicis devotis.*

DEUS, qui charitatis dona per gratiam Sancti Spiritus tuorum fidelium cordibus infudisti: da famulis & famulabus tuis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, salutem mentis & corporis, ut te tota virtute diligant, & quæ tibi placita sunt, tota dilectione perficiant.

*Pro tentatis & tribulatis.*

DEUS, qui justificas impium, & non vis mortem peccatoris: majestatem tuam



tuam suppliciter deprecamur: ut famulos tuos, de tua misericordia confidentes cœlesti protegas auxilio, & assidua protectione conserves: ut tibi jugiter famulentur, & nullis tentationibus a te separentur.

*Pro remissione peccatorum.*

DEUS, qui nullum despicias, sed quantumvis peccantibus, per pœnitentiam pia miseratione placaris: respice propitius ad preces humilitatis nostræ, & illumina corda nostra, ut tua valeamus implere præcepta.

*Alia.*

DEUS, cui proprium est misereri semper & parcere: suscipe deprecationem nostram, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratione tuæ pietatis clementer absolvat.

*Pro Votis implendis.*

Pateant aures misericordiæ tuæ Domine precibus supplicantium, ut & peccatis desiderata concedas, fac eos, quæ tibi sunt placita postulare.

*Contra adversitates.*

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut qui in tua protectione confidimus, cuncta nobis adversantia te adjuvante vincamus.

*In afflictionibus.*

Concede quæsumus omnipotens Deus, ut qui ex merito nostræ actionis affligimur, tuæ gratiæ consolatione respiremus.

*Pro Novitiis.*

DEUS, innocentiae institutor & amator, dirige ad te tuorum corda servorum, ut Spiritus tui fervore concepto, & in fide inveniantur stabiles, & in opere efficaces.

*Pro Novellis Professis.*

Da, quæsumus, Domine, populis Christianis, & quod profitentur agnoscere, & cœleste munus diligere, quod frequentant.

*In dubiis negotiis.*

Mentes nostras quæsumus Domine, lumine tuæ claritatis illustra, ut videre possimus, quæ agenda, & quæ recta sunt agere valeamus.

*Pro Constitutis in carcere vel captivitate.*

DEUS, qui Beatum Petrum Apostolum a vinculis absolutum illæsum abire fecisti: famuli tui in captivitate positi vincula absolve, eumque ipsius meritis illæsum abire concede.

*Pro felici successu.*

DEUS, cujus providentia in sui dispositione non fallitur: te supplices exoramus; ut noxia cuncta submoveas, & omnia nobis profutura concedas.

*Pro Infirmis.*

Omnipotens, sempiternus Deus, salus æterna credentium, exaudi nos pro famulis tuis infirmis, pro quibus misericordiæ tuæ imploramus auxilium: ut reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referant actiones.

*Pro Infirmo qui proximus morti.*

Omnipotens & misericors Deus, qui humano generi & salutis remedia & vitæ æternæ munera contulisti, respice propitius famulum tuum infirmitate corporis laborantem, & animam refove, quam redemisti: ut in hora exitus illius absque peccati macula tibi Creatori suo, per manus sanctorum Angelorum repræsentari mereatur.

*Pro Navigantibus.*

DEUS, qui transtulisti Patres nostros per mare rubrum, & transvexisti eos per aquam nimiam, laudem tui nominis decantantes: te suppliciter deprecamur, ut in navi famulos tuos, repulsis adversitatibus, portu semper optabili, cumque tranquillo tuearis.

*Pro*



*Pro iter agentibus.*

Adesto Domine, supplicationibus nostris, & viam famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone: ut inter omnes viæ & vitæ hujus varietates tuo semper protegantur auxilio.

*Pro postulanda charitate.*

DEUS, qui diligentibus te facis cuncta prodesse, da cordibus nostris inviolabilem tuæ charitatis affectum, ut desideria de tua inspiratione concepta nulla possint tentatione mutari.

*Pro inimicis.*

Deus pacis charitatisq; amator & custos: da omnibus inimicis nostris pacem charitatemq; veram, & cunctorum eis remissionem, tribue peccatorum, nosq; ab eorum insidiis potenter eripe.

*Ad implorandam gratiam**Spiritus S.*

DEUS, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum, purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri, ut te perfecte diligere & digne laudare mereamur.

*In Commemoratione OO. Fidelium Defunctorum.*

℞. Libera me &c.

Pater noster. *secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℞. Sed libera &c.

℣. A porta inferi. ℞. Erue &c.

℣. Requiescant in pace. ℞. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℞. Et clamor &c.

℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

## O R E M U S.

DEUS, veniæ largitor & humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam, ut nostræ congregationis fratres, propinquos & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, Beata Maria semper Virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.

*Ad desideria cœlestia.*

DEUS, qui fidelium mentes unius efficis voluntatis, da populis tuis, id amare quod præcipis, id desiderare, quod promittis: ut inter mundanas varietates, ibi nostra, fixa sint corda, ubi vera sunt gaudia.

*Ad repellendas tempestates.*

A domo tua quæsumus Domine, spirituales nequitiae repellantur: & aerarum discedat malignitas tempestatum.

*De S. Cruce.*

Omnipotens, sempiternus Deus, qui humano generi, ad imitandum humilitatis exemplum, Salvatorem nostrum carnem sumere, & crucem subire fecisti, concede propitius, ut & patientiæ ipsius habere documenta, & resurrectionis consortia mereamur.



*Alia.*

DEUS, qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis, ut resurrectionis gloriam consequamur.

*Pro vivis & defunctis.*

Omnipotens, sempiternus Deus, qui vivorum dominaris, simul & mortuorum, omniumque miseris, quos tuos fide & opere futuros esse prænoscis, te supplices exoramus: ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis pietatis tuæ clementia omnium delictorum suorum veniam consequantur.!

O R A T I O.

*Pro Rege, Regno, Ordine, & Benefactoribus.*

Omnipotens, Sempiternus Deus, ædificator & custos Jerusalem civitatis supernæ, ædifica & custodi ordinem nostrum, Regem, regnum, locum hunc, cum omnibus fratribus, habitatoribus & benefactoribus suis; ut perpetuum sit in eis domicilium stabilitatis, salutis & pacis. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.



## CONDUCTUS ADULTORUM

Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson.

Pater noster &c,

ψ. Et ne nos inducas in tentationem.

ψ. Non intres in iudicium cum servo tuo Domine.

ψ. A porta inferi.

ψ. Requiescant in pace.

ψ. Domine exaudi orationem meam.

ψ. Dominus vobiscum.

O R E M U S.

Satisfaciat tibi quæsumus Domine DEUS noster pro anima famuli tui N. (*si fuerit Sacerdos, addatur: Fratris nostri Sacerdotis*) Beatissimæ DEI Genitricis Virginis MARIE, & sanctissimi Confessoris tui Patris nostri Francisci, omniumque Sanctorum oratio, ac præsentis familiæ tuæ humilis ac devota supplicatio; ut peccatorum omnium veniam, quam precamur, obtineat, nec eam patiaris cruciari gehennalibus flammis, quam filii tui Domini nostri JESU Christi præcioso sanguine redemisti, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti DEUS per omnia sæcula sæculorum.

ψ. Requiem æternam dona ei Domine.

Anima ejus, & animæ omnium Fidelium defunctorum per misericordiam DEI requiescant in pace. R. Amen.

ORA-

ORATIONES PRO DEFUNCTIS.

DEUS, qui inter Apostolicos Sacerdotes famulos tuos Pontificali, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere, præsta quæsumus ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

DEUS veniæ largitor & humanæ salutis amator: quæsumus clementiam tuam, ut nostræ Congregationis Fratres, Propinquos & Benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, B. Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas.

*Pro Fidelibus defunctis.*

O R A T I O.

Fidelium DEUS omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

*Pro defuncto Sacerdote.*

O R A T I O.

Præsta quæsumus Domine, ut anima famuli tui Sacerdotis, quem in hoc sæculo commorantem sacris muneribus decorasti, in cœlesti sede gloriosa semper exultet. Per Christum Dominum nostrum.

*Pro Patre & Matre.*

DEUS, qui nos Patrem & Matrem honorare præcepisti, miserere clementer animabus Patris ac Matris meæ ( *vel* parentum nostrorum ) eorumque peccata dimitte; meque ( *vel* nosq; ) eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dominum &c.

*In Die depositionis defuncti.*

O R A T I O.

Absolve quæsumus Domine, animam Famuli tui N. ut defunctus sæculo, tibi vivat; & quæ per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Dominum nostrum &c.

*Pro uno defuncto.*

O R A T I O.

Inclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tu-



am supplices deprecamur : ut animam Famuli tui N. quam de hoc sæculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas, & Sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Dominum nostrum &c.

*Pro una defuncta.*

ORATIO.

Quæsumus Domine pro tua pietate miserere animæ Famulæ tuæ N. & a contagiis mortalitatis exutam in æternæ salvationis partem restitue. Per Dominum nostrum &c.

℣. Requiem æternam dona, eis Domine.

℣. Requiescant in pace.

CONDUCTUS PARVULORUM.



Kyrie eleyson &c.

Pater noster &c.


℣. Me autem propter innocentiam suscepisti.


℣. Dominus vobiscum.

OREMUS.

Omnipotens & mitissime DEUS, qui omnibus parvulis renatis fonte Baptismatis, dum migrant a sæculo, sine ullis eorum meritis vitam illico largiris æternam, sicut animæ hujus parvuli hodie credimus te fecisse, fac nos quæsumus Domine per intercessionem Beatæ semper Virginis & omnium Sanctorum tuorum hic purificatis tibi mentibus famulari, & in paradiso cum parvulis perenniter sociari. Per Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum qui tecum vivit & regnat in unitate &c. R. Amen.

Ad M. D. G. B. V. M. S. L. O. C. Honorem





*Sequentes orationes in fine Horarum devote dicentibus BENEDICTUS Papa XII. duodecim millia dierum, & omnium negligentiarum ex distractione non voluntaria in Divinis Officiis commissarum, Indulgentiam concessit.*

POST MATUTINUM.

**P**atris Sapiaentia, Veritas Divina,  
Deus Homo captus est hora matutina  
A suis discipulis cito derelictus,  
Judæis traditus, venditus, afflictus.  
Ita Pater, quia sic placitum est ante Te.  
ut patiar pro illis, fiat. O amor salutis  
humanæ! Benedictus Deus & Pater immensæ  
misericordiæ in sæcula. Amen.

*Et similiter ad singulas Horas.*

Ÿ. Proprio Filio non peperit Deus.  
Ÿ. Sed pro nobis omnibus tradidit illum.

ORATIO

**D**omine Jesu Christe Fili Dei vivi, qui  
hora Matutina, pro nobis peccatori-  
bus post effusionem sanguinei sudoris,  
tradi, capi, trahi & ligari, a lapis cædi &  
conspui voluisti, & cum gloria resurrexi-  
sti: fac nos quæsumus, contumelias &  
opprobria pro Tui Nominis gloria læ-  
tanter suscipere, & sic tuæ Sacratissimæ  
Passionis memoriam recordari, ut ad  
piæ resurrectionis gaudia feliciter perve-  
nire mereamur. Qui vivis & regnas, cum  
Deo Patre in unitate Spiritus S. Deus  
per omnia sæcula sæculorum. Amen.

POST PRIMAM.

**H**ora prima Dominum ducunt ad Pi-  
latum, falsis testimoniis multum ac-  
cusatum, in collum percutiunt manibus  
ligatum, vultum Dei conspuit, Lumen  
coeli gratum. Ita Pater quia sic placitum  
est ante te, ut patiar pro illis, fiat. O amor  
salutis humanæ! Benedictus Deus &  
Pater immensæ misericordiæ in sæcula  
Amen.

Ÿ. Infurrexerunt in me testes iniqui.  
Ÿ. Et mentita est iniquitas sibi.

ORATIO.

**D**omine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui  
prima hora diei pro nobis peccatori-  
bus contumeliose instar latronis impio  
judici Pilato es præsensatus, & sevien-  
tium contra te crudelissimas voces tan-  
quam Agnus mansuetus patientissime to-  
lerasti; da nobis pro tui nominis gloria, ut  
cum adstiterimus tuo terrifico tribunali,

non damnemur æterno supplicio, sed cum  
tuis fidelibus in cœlestibus consolari me-  
reamur. Qui vivis & regnas cum Deo  
Patre in unitate Spiritus S. Deus per  
omnia sæcula sæculorum. Amen.

POST TERTIAM.

**C**rucifige clamitant hora tertiarum,  
Illulus induitur veste purpurarum,  
Caput ejus pungitur corona spinarum,  
Crucem portat humeris ad locum pœna-  
rum.

Ita Pater, quia sic placitum est ante te ut  
patiar pro illis, fiat. O amor salutis huma-  
næ! Benedictus Deus & Pater immensæ  
misericordiæ in sæcula. Amen.

Ÿ. Supra dorsum meum fabricaverunt  
peccatores:

Ÿ. Prolongaverunt iniquitatem sibi.

ORATIO.

**D**omine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui  
hora diei tertia flagellis cæsus & spi-  
nis coronatus fuisti, & ad Crucis tormen-  
ta pro mundi salute Crucem tuam sacris  
humeris portando, ductus es: te suppli-  
citer exoramus, ut per virtutem tuæ sa-  
cratissimæ passionis, omnia peccata no-  
stra deleas, & ad tuæ beatitudinis gloriam  
sempiternam nos misericorditer perducas:  
Qui vivis & regnas cum Deo Patre in  
unitate Spiritus S. Deus per omnia sæ-  
cula sæculorum. Amen.

POST SEXTAM.


**H**ora sexta Jesus est Cruci conelavatus  
Et est cum latronibus pendens repu-  
tatus,

Præ tormentis sitiens, felle saturatus,  
Agnus crimen diluens sic ludificatus.  
Ita Pater, quia sic placitum est ante te ut  
patiar pro illis, fiat. O amor salutis huma-  
næ! Benedictus Deus & Pater immensæ  
misericordiæ in sæcula. Amen.

Ÿ. Foderunt manus meas & pedes meos;  
Ÿ. Dinumeraverunt omnia ossa mea.

ORATIO.

**D**omine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui  
ad exprimendum ad te revertentibus,  
tuæ benignitatis affectum, hora sexta, tua  
sanctissima Brachia in Crucis patibulo  
extendisti, & in sacratissimo Corpore  
pro nostris sanandis vulneribus qui-  
pertulisti vulnera; nostramque salutem si-  
tens, felle & aceto potari te permisisti:



da nobis in sanguine tuo proficere, & amore tuo fervere, ut tuis mereamur amplexibus æternaliter inhærere. Qui vivis & regnas, &c.

POST NONAM.

**H**ora nona Dominus Jesus expiravit. Heli clamans animam Patri commendavit, Latus ejus lancea miles perforavit, Terra tunc contremuit & sol obscuravit. Ita Pater, quia sic placitum est ante te ut patiar pro illis. fiat. O amor salutis humanæ! Benedictus Deus & Pater immensæ misericordiæ in sæcula. Amen.

ÿ. In manus tuas Domine commendo Spiritum meum:

R. Redemisti nos Domine **DEUS** veritatis.

**O R A T I O.**

**D**omine **JESU** Christe Fili Dei vivi, qui hora diei nona, expansis in Cruce manibus, & inclinato Capite, clamans & lachrymans **DEO** Patri Spiritum tradisti, & in dulcissimi Lateris Tui apertione, in pretium nostræ redemptionis Sangvinem Tuum fudisti, latronemque sero poenitentem in Paradisum suscepisti: da nobis indignis famulis tuis in hora mortis nostræ, animas nostras ad Te, qui vere Paradisus es, misericorditer pervenire. Qui vivis & regnas &c.

Post **V E S P E R A S.**

**D**E Cruce deponitur hora Vespertina, Fortitudo latuit in mente Divina, Talem mortem subiit vitæ Medicina, Heu Corona gloriæ jacuit supina! Ita Pater, quia sic placitum est ante Te ut patiar pro illis, fiat. O Amor salutis humanæ! &c.


ÿ Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem:

R. Mortem autem Crucis.

**O R A T I O.**

**D**omine **JESU** Christe, Fili **DEI** vivi æternæ beatitudinis Conditor, qui hora Vespertina de Cruce, in Tuæ Matris sinum depositus, conditus es aromatis: concede propitius ut depositis nostrorum peccatorum sarcinis, ante conspectum Divinæ Majestatis tuæ præsentanter Sanctos & Electos tuos, Tecum æternaliter gaudeamus. Qui vivis & regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus S. Dei. per omnia sæcula sæculorum. A:

*Superiorum permissu*



REIMPRESSUM 1779.

Post **COMPLETORIUM.**

**H**ora Completorij datur Sepulturæ Corpore Christi nobile, spes vitæ futuræ, Conditur aromate, complentur scripturæ. Jugi sit memoriæ! morshæc mihi curæ. Ita Pater, quia sic placitum est ante Te, ut patiar pro illis, fiat. O Amor salutis humanæ! Benedictus Deus Pater, &c.

ÿ. In pace factus est locus ejus

R. Et in Sion habitatio ejus

**O R A T I O.**

**D**omine Jesu Christe, Fili Dei vivi qui hora Completorij sepultus es, & a Matre Tua mitissima, & ab aliis mulieribus planctus, & lamentatus fuisti: fac nos Domine gementes & lamentantes, tuam devotissime deplangere passionem, cujus nos memoriæ recolentes de exilio ad Patriam, de labore ad requiem, de mærore ad Beatissimæ tuæ visionis consolationem, pervenire concedas. Qui vivis &c.

**COMMENDATIO.**

Has horas Canonicas cum devotione, Tibi Christe recolo pia ratione, Ut qui pro me passus es amoris ardore, Sis mihi solatium mortis in agone.

*Suspirium*

**E**heu Domine mi! quando pura, simplici & læta mente te colam? quando quieta, stabili, & serena conscientia Tibi serviam? quando ab immensitate amoris tui absorbetur cor meum? quid volo præter te: aut quid omnia mihi prodesse possunt sine te? tu solus sufficis animæ meæ. O! Deus meus & omnia.

**O R A T I O**

*Pro supplemento negligentia in Horarum recitatione, post expletum Officium dicenda.*

**O** Bone Jesu! propitius esto mihi peccatori. Ego tepidum & distractum Officium commendo mellifluo cordi tuo emendandum & perficiendum in satisfactionem efficacissimam Divinæ tuæ Justitiæ: tibi offero ad salutem omnium tam Vivorum, quam Defunctorum in unione meritorum Ecclesiæ Militantis, & Triumphantis, in unione illius perfectissimæ attentionis tuæ qua Patrem orasti, laudasti in terris. Responde quæso satisfac, & supple pro me plenissime.

